

1821
V. V.

ENUMERATIO

PLANTARUM

HORTI REGII BOTANICI

BEROLINENSIS

ALTERA.

AUCTORE

DR. H. F. LINK,

MEDICINAE PROFESSORE P. O. IN UNIVERSITATE BEROLINENSIS, HORTI DIRECTORE, ACAD. REG. SCIENT. BEROL. NEG NON ALIARUM SOCIET. LITERAR. SODALI.

PARS I.

Mo. Bot. Garden,
1895.

BEROLINI,

APUD G. REIMER.

MDCCCXXI.

PRAEFATIO.

Plantarum, quae in Horto Regio Botanico Berolinensi anno 1808 vigeabant, enumerationem dedit Willdenowius, Vir inter Rei Herbariae sui temporis peritos celeberrimus, olim Horti, ut vocant, Director. Non solum nomina plantarum indicavit, sed quoque diagnoses addidit, partim ex ipsius opere, Editione scilicet Specierum Plantarum Linnaei, desumptas, partim auctas et emendatas, ut foret tironi liber idoneus. Novas species ampliore descriptione illustravit. A classe Monandria ad finem classis Decandriae usque, si bene computum institui, species 2528 enumeravit. Post mortem auctoris, anno demum 1813, apparuit Supplementum Enumerationis e schedulis viri defuncti editum, nomina plantarum tantum continens, paucissimis adjectis novarum specierum descriptionibus. Ad finem usque Decandriae, 563 species numero supra indicato additae sunt, ita ut numerus specierum ex hisce classibus cultarum anno 1812, cum Willdenowius vita excederet, 3091 fuerit.

Quod vero supplementum non paucis nominibus dubiis et antea inauditis refertum erat. Quaedam in horto occurrebant plantae hisce nominibus designatae, sat distinctae et facile determinandae, sed aliae in horto non colebantur. Ad herbarium itaque Willdenowianum confugiendum erat Regis munificentia comparatum et publico usui destinatum. Multa dubia hinc soluta sunt, multa supersunt, quia plantarum specimina in herbario alias ditissimo non aderant, nunquam itaque extricanda.

Numerus plantarum in hoc opusculo recensitarum, computatis erroribus typographicis, nam difficile fuit in libro impresso seriem numerorum absque mendis continuare, est 5545. Auctus est itaque hortus noster post mortem Willdenowii speciebus plantarum ad classes decem priores Systematis Linnaeani referendis 1454. Sed multae aliae adsunt plantae aut capenses, aut brasilienses nullis nominibus insignitae, quae nondum florere et quas hanc ob causam nominibus rite distinguere non licuit. Adsunt non paucae aliae dubiis designatae nominibus, ob floris defectum, aut herbam non satis evolutam et perfectam, minime determinandae. Ericarum seriem e. g. adjeci, quas nominibus novis accepimus, at floribus non visis nolui numeris distinguere.

Id enim mihi maxime curae cordique fuit, ut species accurate distinctas tantummodo recenserem. Specimina in horto aut abInspectore

horti aut a me ipso exsiccata, et erant plurima, cum speciminibus in Herbario Willdenowiano comparavi, non absque ea epicrisi, qua decet aliis frui laboribus. Tum ad plantas in horto vigentes memet conversus sum easque denuo, quantum fieri poterat, consului. Tandem omnes species recensitas cumInspectore horti, Otto, viro strenuo, plantarum cultore atque indagatore felicissimo perlustravi ut indicaret omissas et atro carbone notaret dubias. Nominibus adjeci observationiunculas haud paucas, non inutiles spero hortorum Directoribus et Inspectoribus, qui notis paucis cito dignoscendis species affines distinguere volunt. Nullas itaque addidi speciebus vulgatis, sat cognitis, facile separandis. Inter hujusmodi notas eminent sane a dimensionibus partium petitae, a Botanicis male neglectae. Significat in his e. g. 1' unciam seu pollicem transversum mensurae rhen. 1" lineam ejusdem mensurae, 1' absque littera seu 1" longitudinem, $\frac{2'}{1}$ partem esse duas uncias longam, unam latam. Facile perspicient lectores, accurata dimensione non opus esse, quippe quae in varia et variabili corporum organicorum forma inveniri haud possit, sed ea tantum, qua magnitudinis schema generale animo exhibeas. Nec colorem floris neglexi, utilem saepissime ad species primo dignoscendas intuitu. Sunt tandem et species minimae vulgatae, nec facile distinguendae, quibus nullas adjeci notas; fateor, quia aptas, quas consignarem non inveni, aut

omni dubio liberas. Novas, quae mihi visae sunt species, nondumque descriptas, descriptione illustravi. Sic catalogum quam maxime accuratum horti lectori tradere studui. Si errores commisi, ignoscat lector et pensitet ultra quater mille species in prioribus hisce decem classibus fuisse considerandas,

Synonyma pauca addidi; semper W. E. quod significat Willdenowi Enumerationem Horti botanici Berolinensis aut W. E. S. Willdenowi Enumerationis hujusce Supplementum. Dein W. Sp. Species plantarum Linnaei ex editione Willdenowii, nec non R. S. Roemeri et Schultesii Systema Vegetabilium amplissimum. Reliqua e paucis literis conscriptis lector librorum botanicorum haud ignarus facile intelliget.

Nomina specifica antiqua, quantum fieri potuit retinui et restitui, rarissime mutare mihi permisi. Si species Linnaei a successoribus in alias erat distributa, nomen Linnaeanum non repeti, bene monente Hoppio et non bene renitente Willdenowio. Sic Myosotin palustrem vocavi nec scorpioidem, cum Myosotis scorpioides Linnaei et alias comprehendat species.

Generum distributionem lectores aequo animo accipiant. Eam quam animo concepi, in hoc opusculo nolui proponere, quae absque prolixo sermone nec explicari nec confirmari potuerit. Inter antiquam et novissimam distributionem me-

diam quandam elegi, at concedo non semper mediam esse viam tutissimam.

Ordines naturales cum Systemate artificiali, quod vocant, conjunxi, praesente Persoonio. At vir celeberrimus omnia genera ad suos non redegit ordines naturales nec certam et definitam eorum seriem admisit. Haec vero pernecessaria est, ut ex omnibus classibus et ordinibus Systematis artificialis genera ad ordines naturales facillimo negotio revocari possint, quo utrumque habeas systema et conjunctum et separandum.

Plantarum capensium semina quam plurima nobis misit Bergius, juvenis indefessus, praematuro fato proh dolor! in urbe Capstadt scientiae nobisque ereptus. Multa misit Sello, in regno Brasiliae strenuus plantarum indagator. Multa reportavit de Chamisso ex itinere circa orbem terrarum facto, nunc mihi in laboribus botanicis feliciter junctus. Habuimus et semina a Sereniss. Principe de Neu-Wied in Brasilia, nec non a celeb. Wormskioldo in itineribus collecta. Multa debemus Fischero Horti Gorenkensis ditissimi Directori, et non pauca Car. de Steven Botanico acutissimo, Tauriae incolae. Nimis longum esset omnes nominibus adducere Hortorum Directores, Inspectores, Professores, qui nobis et plantas et semina miserunt, quibus nos quoque remisimus, quae mitti poterant. Maximam vero copiam plantarum earumque rarissimarum nobis praebuerunt itinera abInspectore Otto in Angliam facta, unde

plantas, partim a cel. Aitono donatas, partim ex aliis hortis coemptas, vigentes reportavit. Primum iter susceptum est anno 1816 auspiciis Lib. Bar. de Schuckmann, viri Illustrissimi, Regis in Regni interiore statu administrando Ministro, qui Horto nostro optime favebat. Alterum susceptum est anno 1820 auspiciis Lib. Bar. de Stein ab Altenstein, Viri Illustrissimi, Regis in rebus, quae ad cultum divinum, rem litterariam et medicam pertinent, Ministro. Cui, non solum Horti nostri et Botanicorum Protectori, sed quoque Botanices Peritissimo

suaveis daedala tellus

Submittat flores.

Vale Lector, Horto nobisque fave

Berolini,
d. XVI. Martii
1821.

H. F. LINK.

M O N A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

I. S C I T A M I N E A E.

A. C A N N A C E A E.

Cal. triphyllus. Antherae loculus unilateralis. Stylus separatus.

1. C A N N A.

Linn. Roscoe, Roem, Schult. 1. p. 55.

1. **C. VARIABILIS.** *W. E. 1.* *C. indica Roem. Sch. 1. p. 11.* Folia sessilia ovata. Cor. pallide rubra.
2. **C. RUBRA.** *W. E. 1.* Folia sessilia ovata. Cor. coccinea.
3. **C. COCCINEA.** *Roscoe. R. S. 1. p. 11. excl. syn. Willd. C. crocea ibd. C. indica Botan. Mag. t. 452. C. angustifolia Hort. Folia lanceolata. Cor. coccinea basi flava, labello luteo rubroque variegato. Statura humilior.*
4. **C. GIGANTEA.** *Desfontain. R. S. 1. p. 12. C. iridiflora W. E. S. 1. sec. herb. Folia subsessilia ovalia; flores paniculati. Cor. coccinea.*
5. **C. PATENS.** *Aiton. R. S. 1. p. 12. C. chinensis W. E. 2. Folia petiolata ovata. Cor. coccinea.*
6. **C. RUBRICAULIS.** *Hort. Breiter. 68. Folia sessilia ovata subtus in vaginis nervisque ruberrima. Cor. rubra, limbus interior quadripartitus (cum labello). Hab. . . . 4. C.*

MONANDRIA. MONOGYNIA.

7. *C. LUTEA*. *Roscoe. R. S.* 1. p. 12. *Bot. Mag. t.* 2085. Folia sessilia ovalia. Cor. lutea maculis coccineis, limbus interior tripartitus (c. lab.) Hab. . . 4. C.
8. *C. GLAUCA*. *Roscoe R. S.* 1. p. 13. Folia sessilia lanceolata glauca. Cor. flava, limbus interior quadripartitus (c. lab.) laciniis strictis.
9. *C. FLACCIDA*. *Roscoe. R. S.* 1. p. 13. Folia praecedentis. Cor. praec. at lacinae flaccidae.

2. MARANTA. Linn.

Cor. limbus interior labiatus. *Filam.* lanceolatum incurvum. *Stylus* petaloideus incurvus. *Caps.* trilocularis baccata.

Caulis plerumque ramosus. Folia petiolata.

10. *M. ARUNDINACEA* *Linn. W. E.* 5. Germen glabriusculum. Cor. alba.
11. *M. GIBBA*, foliis oblongo-lanceolatis pubescentibus, pedunculis bifloris, germine hirsutissimo. Cor. alba. Hab. . . 4. C. *Hort. angl.*
12. *M. JACQUINI* *Humboldt M. lutea jacq. W. E.* 5. Cor. alba.
13. *M. ZEBRINA*. *Bot. Mag. t.* 1926. Acaulis. Folia ovalia subtus violaceo-striata. Spica compacta. Cor. violaceo-variegata. Habit. in Brasilia. 4. C. *Hort. angl.*

3. THALIA. Linn.

Cor. limbus interior quadripartitus labiatus. *Filam.* filiforme. *Stylus* incurvus, stigma infundibiliforme, auctum membrana inflexa.

14. *Th. DEALBATA* *Fraser R. S.* 1. 559. Folia radicalia longissime petiolata, lamina oblonga apice revoluta. Scapus spathaeque pulvere albo. Hab. in Carolina meridionali. 4. C. Expungatur *Th. caunaeformis Willd. En.* 6. quae *Phrynium dichotomum Roxb.* numquam in horto cultum.

B. ALPINIACEAE.

Cal. trilobus latere fissus. Stamen vaginans stylum. Anthera loculis separatis.

4. HEDYCHIUM.

Koenig. Roxb. R. S. 1. 555.

Inflorescentia caulina. Caules perennes.

15. *H. CORONARIUM* *Koenig. W. E.* 4. *R. S.* 1. 560. Folia hirta. Cor. alba odora, labellum cuneiforme bilobum. Hab. in Archipelago malayico.

16. *H. COCCINEUM*. *H. angustifolium*. *Jahrb. d. Gewächskunde. Hft. 1. 184.* Folia lanceolato-linearia margine hinc inde hirta. Cor. rubra, labello spatulato integro. Hab. in India orientali. 4. C. Accepimus nomine *H. angustifolii* et *coccinei*, sed prioris icon *Bot. Mag. t. 2078.* apparuit, corollae forma et colore differens.

Nomine *Phrynii spicati* plantam colimus, quae apud nos non floruit, sed monente Jacquino *Hedychium* est.

5. KAEMPFERIA.

Linn. Roxb. R. S. 1. 556.

Folia radicalia. Inflorescentia radicalis.

17. *K. ROTUNDA* *Linn. W. E. 5. R. S. 1. 568.*
Folia subtus rubro colorata erecta. Cor. alba.
18. *K. UNDULATA*. *K. angustifolia Jacq. W. E. 5.*
nec *Roxburghi*, hinc nomen mutandum erat. Folia undulata subtus pallida. Cor. alba, labello fusco violaceo. Hab. . . . 4. C.
19. *K. PANDURATA*. *Roxb. R. S. 1. 569.* Folia erecta petiolata lanceolata subtus concolora. Hab. in Sumatra. 4. C. Nondum floruit.
20. *K. LATIFOLIA*. *Hornem. hafn. R. S. 1. 13. K. Galanga. W. E. 5.* Folia depressa subrotunda subtus vilis longis adpressis. Cor. alba punctis nigrescentibus.

6. CURCUMA.

Linn. Roxb. R. S. 1. 556.

Anthera aucta lacinia rotundata.

1. *Spicis lateralibus.*

21. *C. SPECIOSA*. *Hort. angl. C. Zedoaria. Rose. Linn. Transact. XI. 275. C. Zerumbet. Roxb. R. S. 1. 573.* Folia petiolata late lanceolata litura media purpurea. Hab. in India orientali, Bengalia. 4. C. Ad nominum confusionem evitandam nomen *Hort. angl. retinui.*
22. *C. RUBRICAULIS*. *C. nr. 3. Rose. Linn. Tr. XI. 275. Jahrb. der Gewächskunde 1. 2. 63.* Folia petiolata oblonga vaginis extus rubris. Hab. in India orientali. 4. C.
23. *C. AROMATICA*. *C. nr. 4. Rose. Linn. Tr. XI. 275. Jahrb. der Gewächsk. 1. 2. 63.* Folia petiolata oblongo-lanceolata tota viridia subtus pilosa. Hab. in India orientali. 4. C.

2. *Spicis centralibus.*

24. *C. LONGA*. *Linn. W. E. 4. R. S. 1. 575.* Folia petiolata late lanceolata tota viridia glabra.

7. AMOMUM.

Linn. Roxb. R. S. 1. 556.

Inflorescentia radicalis. Caules biennes aut perennes.

25. *A. AFZELII* *Rosc. R. S. 1. 29.* *A. exscapum.* *Sims Ann. of Bot. 1. 548.* Caulis simplex fusco ruber, flores radicales aggregati. *H. in Sierra Leona. 4. C.*

8. ZINGIBER.

Roscoe. Roxb. R. S. 1. 556.

Inflorescentia radicalis. Caules annui.

26. *Z. OFFICINALE* *Rosc. R. S. 1. 564.* *Amomum Zingiber* *Linn. W. E. 3.* Folia ligula brevi. Bractee coloratae. Cor. labium trilobum purpureo fusco flavoque variegatum.

27. *Z. ZERUMBET* *Rosc. R. S. 1. 565.* *Amomum Zerumbet.* *Linn. W. E. 3.* *A. sylvestre* *Lam. Ill. t. 2. f. 3.* Folia glabra ligula elongata. Bractee margine coloratae. Cor. pallida, labium trilobum.

28. *Z. CASSUMUNAR*, *Roxb. R. S. 565.* *Z. purpureum.* *R. S. 1. 567.* *Z. Cliffordiae.* *Andrews Bot. Rep. t. 555.* Folia hirta. Bractee basi purpurascens margine albo. Cor. labium trilobum albidum margine ochroleuco. *Hab. in India orientali. 4. C.*

9. COSTUS.

Linn. Rosc. Roxb. R. S. 1. 556.

Vagina foliorum clausa, quae in reliquis Scitamineis fissa.

29. *C. SPECIOSUS* *Smith. R. S. 567. W. E. 4.* Folia subtus pilosa. Cor. magna alba rore ferrugineo quasi adpersa, labium margine lacinulatum.

30. *C. SPIRALIS* *Rosc. R. S. 24.* *Alpinia spiralis* *Jacq. Schoenbr. 1. t. 1.* Folia sessilia lanceolata nitida glaberrima coriacea. *Hab. ad Caracas in insula St. Vincent. 4. C.*

10. ALPINIA.

Linn. Rosc. Roxb. R. S. 1. 556.

Caules biennes aut perennes. Inflorescentia caulina.

31. *A. ALLUGHAS* *Roxb. R. S. 1. 562.* *Hellenia Allughas* *Willd. Sp. 1. 4. En. S. 1.* *Heritiera Allughas* *Retz. obs. 6. p. 17. t. 1.* Cor. rubra extus hirta.

32. *A. NUTANS* *Rosc. R. S. 1. 562.* *Renealmia nutans* *W. E. 3.* Nondum floruit.

33. *A. CALCARATA* *Rosc. R. S. 1. 563.* Globba erecta
Redout. W. E. S 1. Spicae compositae. Cor. alba,
labio bilobo sanguineo. Hab. in China australi. 4. C.
34. *A. MUTICA.* *Roxb. R. S. 1. 563.* Hab. in insula
Prince of Wales. Nondum floruit.
35. *A. STRIATA.* *Hort. angl. Amomum Cardamo-*
mum. W. E. S. 1. Fol. lineari lanceolata. Nondum
floruit.

11. GLOBBA.

Linn. Rosc. Roxb. R. S. 1. 556.

36. *G. MARANTINA.* *Linn. Roxb. R. S. 1. 576.* Ce-
ratanthera amomoides *Hornemann. hafn. 1. p. 2. 5.*
R. S. 1. 4. 33. Folia brevi petiolata lanceolata subtus
pubescentia, vaginis ciliatis. Cor. flava. Anthera qua-
drialata. Hab. in India orientali. 4. C. Est omnino
Globba.

II. PHILHYDRINAE.

Folia vaginata nervis parallelis. Flores bractea spathi-
formi. Cor. infera, polypetala. Fructus locularis,
placentatione centrali. Sem. albuminosum; embryo
inclusus rectus, monocotyledoneus.

12. PHILHYDRUM.

Lourecr. W. E. 6. R. S. 1. 6.

- Petala 2 secund. Willden. filamenta duo sterilia sec.
Rob. Brown. sunt.
37. *PH. LANUGINOSUM* *Gaertn. W. E. 6.* Folia pu-
bescentia, caulis bractee germina lanata. Cor. flava.

III. HIPPURIDEAE.

Caulis fistulosus, fistulis pluribus in orbem positis. Fo-
lia non vaginantia. Cor. o. Stamen germi-
ni impositum. Fructus semini conformis. Semen albu-
minosum; embryo inclusus erectus dicoty ledoneus.

13. HIPPURIS.

Linn. W. E. 7. R. S. 1. 6.

38. *H. VULGARIS.* *Linn. W. E. 7.*

IV. ATRIPLICINAE.

14. SALICOMIA.

Cal. undique germen involvens. Cor. o.
Stam. 1 pluresve. Semen calyci immersum.

39. *S. HERBACEA.* *Linn. W. E. 6.* Caulis herba-
ceus. Calyces cauli immersis deplanati.

40. *S. PERENNANS* Willd. *Sp.* 1. 24. *R. S.* 1. 40.
S. prostrata Pallas *R. S.* 1. 39. Caulis lignescens,
 basi decumbens. Calyces immersi deplanati. Hab. in
 paludibus Sibiriae ad Iaicum 4. T.
41. *S. FRUTICOSA* Linn. *W. E.* 7. Caulis lignosus
 erectus. Calyces non immersi laxi.

15. POLLICHIA.

Aiton. *R. S.* 1. 5.

Petala 5 minima certe adsunt.

42. *P. CAMPESTRIS* Aiton. *W. E.* 7. *R. S.* 1. 38.
 Folia verticillata linearia. Flores sessiles; involucrum
 e-squamis carnosissimis florum fasciculos cingentibus; quaevis
 squama bractea tenui fulta.

V. DIPSACEAE.

16. CENTRANTHUS.

Decand. *R. S.* 1. 5.

43. *C. RUBER*. Decandoll. *R. S.* 1. 35. Valeriana
 rubra *W. E.* 50. Folia $\frac{3}{1}$. Cor. rubra albave.
44. *C. ANGUSTIFOLIUS*. Decand. *R. S.* 1. 35. Va-
 leriana angustifolia. *W. Sp.* 1. 175. *E. Suppl.* 3.
 Folia $\frac{3}{6}$. Cor. rubra albave. Hab. in subalpinis Eu-
 ropae calidioris. 4. D.
45. *C. CALCITRAPA* *R. S.* 1. 35. Valeriana Calcitrapa
W. E. 50. Folia radicalia ovata, caulina pinnatifida.
 Cor. rubra.

VI. ONAGRAE.

17. LOPEZIA.

Cavanill. *R. S.* 1. 4.

46. *L. MEXICANA* Cavanill. *W. E.* 7. *R. S.* 1. 33.
 Caulis glaber. Folia ovata. Ramuli apice floriferi.
 Cor. rubra.
47. *L. HIRSUTA*. Jacq. *W. E.* 7. *R. S.* 1. 34. Cau-
 lis hirsutus. Folia ovata. Ramuli apice floriferi. Cor.
 rubra.
48. *L. CORONATA*. Andrews *W. E. S.* 1. *R. S.* 1. 34
L. minuta Lagasc. *gen. et sp.* 1. Caulis glaber. Fo-
 lia ovata. Pedunculi simplices axillares. Cor. rubra.
 Hab. in Mexico. ☉. D. T.
49. *L. MINIATA*. Decand. *mousp.* 121. *L. frutescens*
R. S. 1. 34. Folia oblonga. Ramuli apice floriferi.
 Hab. in Mexico ☿. T.

DIGYNIA.

I. CALLITRICHINAE.

Folia opposita. Cor. infera polypetala Germina plura.
Pericarpium semini conforme adnatum. Semen albuminosum, embryone incluso inverso dicotyledonec.

18. CALLITRICHE.

Cal. o. Cor. dipetala. Semina 4.

49. *C. AQUATICA* *W. E.* 8. *C. verna* Linn. foliis apice integris sat differt, nec non *C. autumnalis* Linn. foliis uninerviis truncatis cfr. *Wahlenb. Japp. n. 3. Marschall fl. taur. 3. p. 7.*

II. ATRIPLICINAE.

19. CORISPERMUM.

Cal. o. Cor. unipetala aut nulla. Stam. 1 — 5.
Semen 1. compressum.

50. *C. HYSSOPIFOLIUM* *Linn. W. E.* 8. *R. S.* 1. 45. *Sibth. fl. graec. t. 1.* Folia linearia mucronulata, uti quoque exhibet *Sibthorp.* Bracteae ovatae acuminatae. Cor. unipetala bifida alba. Semina convexa integra 2 lin. longa fuscescenti viridia, stylosum basi e membrana marginali emersa.
51. *C. INTERMEDIUM.* *Schweigger. R. S.* 46. Folia linearia mucronulata. Bracteae ex ovato lineares. Cor. o. Sem. lin. longa plana nigrescentia integra, stylosum basi membranae marginali immersa. Hab. in Prussia. ☉. D.
52. *C. TENUE.* *Jahrb. der Gewächsk. H.* 3. p. 29. Fol. linearia mucronulata. Bracteae lineares mucronulatae foliis similes. Cor. o. Sem. glabra integra, stylosum basi e membrana marginali emersa. Hab. . . . ☉. D. Valde affine *C. hyssopifolio.* Differt bracteis, floribus axillaribus ad radicem usque.
53. *C. CANESCENS.* *Kitaib. R. S.* 1. 45. *C. squarrosus* *W. E.* 8. sec. herb. Folia linearia mucronulata. Bracteae lineares. Cor. unipetala alba. Sem. glabra emarginata. Hab. in Hungaria, Austria. ☉. D.
54. *C. SQUARROSUM.* *Linn. R. S.* 1. 46. *C. hyssopifolium.* *Pallas Fl. ross. t. 98. f. B. C. D.* *C. spicatum* *W. E. S.* 1. sec. herb. Fol. lineari-lanceolata. Bracteae lineares. Cor. o. Semina glabra convexa emarginata. Hab. in Russia australi. ☉. D.

20. BLITUM.

*Linn. W. E. 9. R. S. 1. 7.*55. B. CAPITATUM. *Linn. W. E. 9. R. S. 1. 48.*

Folia triangularia hastato-sinuata. Glomeruli florum summi ebracteati.

56. B. VIRGATUM. *Linn. W. E. 9. R. S. 1. 48.*

Folia triangularia sinuata. Glomeruli florum summi bracteati.

57. B. PETIOLARE: Foliis triangularibus hastatis subdenticulatis, glomerulis florum summis bracteatis, plerisque petiolo innatis. Hab. . . . ☉. D. Nomine Bliti chenopodioidis accepimus, speciei obsurae et potius expungendae. Caulis diffusus, angulatus glaber. Folia minora ac in B. virgato vix poll. longa in petiolum attenuata acuta, superiora integerrima, inferiora hinc inde dentibus insignita glabra. Capitula florum gemina, petiolis plerumque innascentia. Calyx fructus ruber baccatus minus tamen ac in praecedentibus.

D I A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

I. THYMELEAE.

21. PIMELEA.

*Forst. R. S. 1. 59.*58. P. LINIFOLIA. *Smith. R. S. 1. 272.* Folia $\frac{10''}{1-2''}$ Cor. alba 6'' longa. Hab. in Terra van Diemen $\frac{1}{2}$. T.

II. NYCTAGINEAE.

22. BOERHAAVIA.

Perigonium tubulosum. *Stam.* 2 — 5. perigonio inserta. *Semina* basi perigonii persistente inclusa.59. B. ERECTA. *Linn. W. E. 49. R. S. 1. 63.* Caulis superne pubescens. Folia ovato-oblonga subtus resinoso-punctata. Flores in panicula pauciflora solitarii. Per. album rufescens.60. B. HIRSUTA. *Linn. W. E. 49. R. S. 65.* B. diffusa *W. E. l. c.* Folia ovato-oblonga. Flores in pa-

- nicula pauciflora glomerati. Cor. rubra. B. diffusa W. non differt ab hirsuta; in caldario culta perennis fit ac fruticulosa.
61. B. VISCOSA. *Lagasc. W. E. 49. R. S. 1. 66.* Folia ovata. Pedunc. apice 2—3 fidi, floribus glomeratis. Per. rubrum.
62. B. SCANDENS. *Linn. W. E. 49. R. S. 1. 66.* Folia cordata. Ped. apice umbelligeri. Per. glabrum, virens.
63. B. EXCELSA. *W. E. 50. R. S. 1. 66.* Folia inferiora cordata, superiora ovata. Ped. apice umbelligeri. Per. glabrum rubrum.
64. B. PLUMBAGINEA. *Cavan. R. S. 1. 65.* Caul. erectus. Folia cordata repanda. Ped. apice umbelligeri. Per. album dentibus obtusissimis emarginatis. Stam. longissima involuta. Stylus staminibus aequalis involutus. Peric. viscoso-pubescent. Hab. in Aegypto, Hispania. 4. C. Valde differt a V. repente. *Delile. aeg. p. 146. t. 3. f. 1.* quo nomine Sieber misit.

III. LABIATAE.

23. MONARDA.

Linn. W. E. 32. R. S. 1. 58.

Labium superius corollae versus basin stamina involvit.

65. M. FISTULOSA. *Linn. W. E. 32. R. S. 211.* Flores capitati. Bracteae totae rubentes. Cor. purpurea pubescens.
66. M. MEDIA. *W. E. 32. R. S. 1. 211.* Differt a praecedente caule fistuloso. Pursh in Fl. Amer. sept. non habet. Au var.?
67. M. OBLONGATA. *Ait. W. E. 32. R. S. 1. 212.* Flores capitati. Bracteae antice purpureae. Cor. purpurascens.
68. M. ALTISSIMA. *W. E. 33.* Flores capitati. Bracteae nervo rubro. Cor. pubescens purpurascens. Pursh non habet. Valde affinis sequenti et vix diversa.
69. M. AFFINIS. M. clinopodia. *W. E. 32.* Caulis hirtus. Folia subcordata oblonga serrata hirta. Flores capitati. Bracteae nervo rubro. Cor. purpurascens. M. clinopodia Linn. est planta dubia, cui folia glabra tribuit. M. clinopodia Pursh differt a nostra caule glabro et corollarum colore. Folia molliora ac in praecedente.
70. M. RUGOSA. *Ait. W. E. 33. R. S. 1. 213.* Flo-

res capitati. Bracteae virentes saepe nervo rubro. Cor. albae pubescentes.

71. *M. MOLLIS*. *Linn. Am. ac. 3. p. 329. W. E. 32. R. S. 1. 212.* Flores capitati. Bracteae albentes. Cor. purpurascens barbata.

72. *M. DIDYMA*. *Linn. W. E. 33. R. S. 1. 213.* Flores capitati. Bracteae purpureae. Cor. purpureae glabriusculae. Odor, gratissimus.

73. *M. KALMIANA*. *Pursh. R. S. 1. 213.* Flores capitati. Bracteae purpureae. Cor. pubescentes coccineae. Odor. Thymi. Hab. in sylvis prope Onondago et Oswego, New-York. 4. D. Major praecedente.

74. *M. PUNCTATA*. *Linn. W. E. 33. R. S. 1. 214.* Flores verticillati. Bracteae supra violaceae floribus multo longiores acutae. Cal. dentibus acutis. Cor. luteae rubro-punctatae.

75. *M. CITRIODORA*. *Lagasc. R. S. 1. 581.* Flores verticillati. Bracteae virentes floribus subaequales apice spinulosae. Cal. dentibus longissime aristatis. Cor. purpurascens. Odor. Thymi. Hab. in Mexico. 4. T.

24. SALVIA.

Linn. W. E. 33. R. S. 1. 58.

A. Calyce trilobo ampliato.

76. *S. POMIFERA*. *Linn. W. E. 34. R. S. 1. 215.* Folia undulata. Dentes calycini obtusi. Cor. coerulea.

77. *S. CALYCINA*. *Smith. W. E. 34. R. S. 1. 216.* Folia plana. Dentes calycini mucronulati. Cor. purpurascens.

78. *S. INTERRUPTA*. *Schousb. W. E. 44. R. S. 1. 218.* Folia rugosa subtomentosa. Cor. albido-coerulea.

79. *S. PILANTHA*. Foliis pinnatis 2 — 3 jugis, foliolis sessilibus lanceolatis obtusiusculis crenulatis rugosis subtus incanis, bracteis cordatis infimis calyce longioribus. Hab. . . . h. T. Caulis 2 — 3 ped. altus, ramis tomentosus. Folia petiolo longo tomentoso villosa; foliola ab extimo decrescentia; extimum $\frac{2' - 3'}{8''}$; in fi-

mina 4'' longum; summa in petiolo decurrentia irregulariter crenata subundulata omnia supra fere glabra subtus pilis mollibus incana. Bracteae villosae. Verticilli sexflori. Cal. villosus lineatus subvenosus, galea crenata, labio bilobo. Cor. coerulea galea pilosa, labio

dilatato margine coeruleo disco ochroleuco coeruleo punctato; tota 1' 2" longa. Nomine *S. rosaefoliae* in horto colitur, at huic foliola petiolata obverse oblonga serrata, bractee lanceolatae.

80. *S. HABLIZLIANA*. *Willd. E. S. 2. R. S. 1. 220.*
S. scabiosaefolia, Encycl. R. S. 1. 219. Foliola angustiora ac in reliquis. Cor. magna coerulescens. Hab. in Tauriae montibus cretaceis. 4. T.
81. *S. CANARIENSIS*. *Linn. W. E. 42. R. S. 1. 216.* Cal. coloratus. Cor. purpurascens.
82. *S. AUREA*. *Linn. W. E. 42. R. S. 1. 217.* Cal. fructiferi excrescentes. Cor. aurea 1½' longa.

B. Calyce tridentato subcylindrico.

83. *S. LANCEOLATA*. *Brousson. W. E. 37. R. S. 1. 221.* *S. reflexa. Hornem. hafn. 1. 34.* Verticilli biflori. Folia obtusa. Cor. coerulea.
84. *S. ANGUSTIFOLIA*. *Humboldt. W. E. 41. R. S. 1. 222.* Verticilli biflori. Folia acuta. Cor. coerulea.
85. *S. HIRSUTA*. *Jacq. W. E. 37. R. S. 1. 221.*
 Folia $\frac{1' 2''}{4''}$. Bractee cordatae imbricatae. Cor. parva coerulescens.
86. *S. BOOSIANA*. *Jacq. fil. R. S. 1. 224.* *S. thymiflora. W. E. S. 2.* Cor. coerulea 10" longa; galea labio longior. Folia $\frac{3'}{2}$, ovata. Hab. in subalpinis Peruviae. 4. C.
87. *S. AMARISSIMA*. *Orteg. R. S. 1. 234.* *S. amara. Jacq. Schoenbr. 3. t. 255.* Cor. coerulea, galea brevi labio dilatato. Folia cordata $\frac{3'}{16''}$. Hab. in Mexico. 4. C.
88. *S. MEXICANA*. *Linn. W. E. 39. R. S. 1. 225.*
 Cor. coerulea 1½ poll. longa. Folia ovata $\frac{3'}{2}$.
89. *S. CHAMAEDRYOIDES*. *Cavan. R. S. 1. 226.*
S. Cnamaedrys, W. E. 42. Cor. coerulea 6 — 7" longa. Folia ovata $\frac{10''}{5''}$.
90. *S. CAESIA*. *Humboldt. W. E. 40. R. S. 1. 226.*
S. polystachya. W. E. 40. R. S. 1. 230. *S. lineatifolia. Lagase. gen. et sp. 2.* Cor. coerulea 6" l. Cal. villosa - tomentosi. Folia ovata $\frac{3'}{1' 6''}$.

91. *S. HISPANICA*. *Linn. W. E.* 41. *R. S.* 228.
Cor. coerulea parva. Cal. cylindrici pubescentes. Fo-
lia ovata $\frac{3'}{2'}$.
92. *S. TILIAEFOLIA*. *Jacq. R. S.* 1. 230. *W. E. S.* 3.
S. fimbriata. Humb. et Kunth. N. gen. et sp. 2. 241.
t. 149. fide specim. sicci. Cor. coerulea parva. Folia
cordata $\frac{1' 4''}{1' 2''}$ dense ciliata. Hab. in Mexico. 4. C.
93. *S. MICRANTHA*. *Vahl. W. E.* 38. *R. S.* 230.
Cor. alba parva. Folia sinu lato cordata $\frac{1' 4''}{1' 6''}$.
94. *S. DOMINICA*. *Linn. W. E.* 38. *R. S.* 1. 228.
Cor. alba parva. Folia subcordata $\frac{1' 4''}{1'}$.
95. *S. GLUTINOSA*. *Linn. W. E.* 42. *R. S.* 1. 235.
Cor. flava $1\frac{1}{2}'$ l. Fol. cordato-sagittata $\frac{4'}{3}$.
96. *S. COCCINEA*. *Murray. W. E.* 41. *R. S.* 1. 231.
Cor. coccinea 8" l. Folia petiolata cordata $\frac{1' 8''}{1' 2''}$. Cau-
lia subtomentosus.
97. *S. PSEUDOCOCCINEA*. *Jacq. W. E.* 41. *R. S.*
1. 224. Cor. coccinea 8". Fol. petiolata ovata $\frac{2'}{1'}$. Cau-
lis hirtus.
98. *S. PULCHELLA*. *Decand. R. S.* 1. 232. Cor.
coccinea. Folia summa sessilia.
99. *S. LEONUROIDES*. *Gloxin. R. S.* 1. 231. *S. for.*
mosa. L'Herit. W. E. 41. Cor. coccinea 1' 6". Fo-
lia ovata $\frac{1' 8''}{1' 4''}$.

C. Calyce quinquedentato $\frac{3}{2}$.

100. *S. OFFICINALIS*. *Linn. W. E.* 34. *R. S.* 1. 238.
Var. angustifolia (*S. tenuior*) mucrone dentium caly-
cinorum minore recto nec uncinato differt.
101. *S. TRILOBA*. *Linn. Suppl. W. E.* 34. *R. S.* 1. 256.
Valde affinis praecedenti, foliis auriculatis differt magni-
tudine et corollis rubentibus.
102. *S. GRANDIFLORA*. *Ettling. W. E.* 34. *R. S.* 1. 243.

Cor. coerulea 1' 2" longa, quae in praecedente 8". Folia basi cordata $\frac{5'}{2' 6''}$, minus rugosa et tomentosa.

103. *S. CRETICA*. *Linn. W. E. S. 2. R. S. 1. 236.*
Cor. rubens. Folia lineari-lanceolata. Cal. subdiphylli.
104. *S. PANICULATA*. *Linn. W. E. 42. R. S. 1. 237.*
Cor. coerulea albo variegata fere 1'. Folia antice serrata.
105. *S. SYLVESTRIS*. *Linn. W. E. 32. R. S. 1. 249.*
Cor. coerulea 4—5" l. Caulis tenue tomentosus. Folia cordate lanceolata. Bractee cordate ovatae. Lacinae calycis inferiores ovatae.
106. *S. NEMOROSA*. *Linn. W. Sp. 1. 134. R. S. 1. 251.* *S. sylvestris nemorosa. W. E. 35.* Cor. coerulea 6—7' l. Caulis tenue tomentosus. Folia cordate lanceolata. Bractee ovato-oblongae. Lacinae calycis inferiores lanceolatae.
107. *S. AMPLEXICAULIS*. *Lam. Enc. W. E. 35. R. S. 1. 247.* *S. valentina Vahl. R. S. 1. 251.* Affinis praecedenti at caulis hirsutus, cal. hirsutissimus.
108. *S. NUTANS*. *Kitaib. W. E. 39. R. S. 1. 246.*
Cor. coerulea 6" l. Caulis subaphyllus. Folia cordato-oblonga.
109. *S. PENDULA*. *Vahl. R. S. 1. 246.* *S. betonicaefolia. Ettling. W. E. 43. R. S. 1. 246.* Cor. coerulea 6" l. Caulis foliosus. Folia cordato-lanceolata.
110. *S. VERTICILLATA*. *Linn. W. E. 42. R. S. 1. 241.* Cor. coerulea 6" stylo labio incumbente. Folia $\frac{3'}{2' 2''}$ saepe auriculata. Cal. dentes acutiusculi.
111. *S. NILOTICA*. *Murr. W. E. 39. R. S. 1. 258.*
Cor. coerulea 6". Folia cordato-ovata basi subsinuata. Cal. brevi dentibus longe mucronulatis s. spinulosis. Hujus varietas videtur *S. abyssinica Jacq. R. S. 257.* foliis pinnatifidis lyratisque magis rugosis et acutatis.
112. *S. NAPOLIOLA*. *Murr. W. E. S. 3. R. S. 1. 259.*
Cor. coerulea 6". Folia cordato-ovata basi subauriculata. Cal. colorati dentibus acutis. Hab. in Gallia, Italia. 4 D.
113. *S. RUNCINATA*. *Linn. Suppl. W. E. 39. R. S. 1. 260.* Cor. coerulea 6". Folia pinnatifida s. pinnatifido-lyrata rugosa.
114. *S. VERBENACA*. *Var a. Subintegrifolia. S. oblongata. Vahl. R. S. 1. 256.* Folia oblonga dupli-

- cato crenata. *Var. 6. Pinnatifida.* *S. verbenaca.* *Vahl R. S. 1. 255.* *S. clandestina.* *W. E. 39. fide herb.* Folia pinnatifida crenata. Utrique cor. coeruleae calyce vix longiores clausae.
115. *S. SPIELMANNI.* *Var. a Subintegrifolia.* *S. Spielmanni Scop. W. E. 38. R. S. 1. 238.* *Var. b. Pinnatifida.* *S. Verbenaca. W. E. 38. fide herb.* Folia ut in praecedente. Cor. coeruleae calyce majores at parvae vix 5".
116. *S. MULTIFIDA.* *Sibthorp. Fl. gr. 1. t. 23. R. S. 1. p. 262.* *S. polymorpha typus Fl. port. 1. p. 143. R. S. 1. 261.* Folia pinnatifida laciniis acutioribus ac in praecedente. Cor. coerulea 6" longa (in spontanea labio inferiore albo). Nos quidem tres species. *S. Verbenacam, Spielmanni, multifidam unam eandemque speciem esse putamus, cui adsentit Marschall Fl. taur. cauc. 3. p. 23.* Calycis labium superius explanatum dentibus tribus brevioribus mucronatis, labium inferius dentibus tribus longioribus et longius mucronulatis.
117. *S. PRATENSIS.* *Linn. W. E. 36.* Cor. coerulea ultra 1' l. Folia cordata oblonga duplicato-crenata.
118. *S. CAMPESTRIS.* *Marschall W. E. 35. R. S. 249.* Cor. coerulea minor ac in praecedente. Folia molliora. Rami floriferi elongati.
119. *S. VARIEGATA.* *Waldst. et Kitaib. W. E. 36. R. S. 1. 244.* Cor. 8" l. coerulea lacinia media labii inferioris alba. Folia cordata late lanceolata duplicato-crenata.
120. *S. BICOLOR.* *Desfont. W. E. 36. R. S. 1. 259.* Cor. 1' l. coerulea, lacinia media labii inferioris alba saccata. Folia inferiora partita, superiora ovata sinuato-dentata.
121. *S. TENORII.* *Spreng. pug. 1. n. 3. R. S. 1. 242.* *S. Barrelieri Schrank. Hort. Monac. 1. t. 5.* Valde affinis *S. pratensi* at major, folia multo longiora, cor. galea multo angustior magis falcata, cal. sulcatus nec striatus ut in *S. pratensi.* Cor. coerulea 1' l. Hab. in Calabria. 4. T.
122. *S. FORSKOLEI.* *Linn. W. E. 44. Hort. Ber. t. 20. R. S. 1. 259.* Cor. coerulea 1' l. Folia lyrato-auriculata. Cul. subaphyllus.
123. *S. INDICA.* *Linn. W. E. 37. R. S. 1. 241.* Cor. ultra 1' l. galea coerulea, labii lobo medio saccato e

- coeruleo et albo vario limbo violaceo margine lutescente. Folia cordata oblonga duplicato-crenata.
124. *S. HORMINUM*. *Linn. R. S. 1. 254.* Bracteae summae coeruleae steriles in comam elongatae. Hab. in Europa australi. 2. F.
125. *S. VIRIDIS*. *Linn. W. E. 34. R. S. 254.* *S. truncata. W. E. 34.* Cor. 6" rubra. Folia cordata oblonga aequaliter cordata. Bracteae cordatae.
126. *S. LYRATA*. *Linn. W. E. 34. R. S. 257.* Cor. purpurascens parva galea brevissima. Folia radicalia magna oblonga et pinnatifida pilis sparsis.
127. *S. VISCOSA*. *Jacq. W. E. 35. R. S. 1. 245.* Cor. purpurea 8" — 9" l. Folia late ovata repande et inaequaliter crenata.
128. *S. BULLATA*. *Schousb. W. E. 36. S. lusitanica. Enc. R. S. 1. 241. S. elongata. Spreng. pug. 1. n. 4. R. S. 1. 245.* Cor. rubra 8". Folia cordata oblonga crenato-dentata erosa. Hab. in Hispania 2. F. In Lusitania non vidimus. Male in Flor. portug. ad *S. polymorpha* relata fide speciminis incerti.
129. *S. MOLLIS*. *Jacq. R. S. 1. 243.* Cor. rubra 6" l. Folia cordata oblonga duplicato-crenulata rugosissima supra hirsutiuscula subtus molli hirsuta. Bract. cordatae acuminatae floribus minores. Cal. intus villosissimi.
130. *S. DISERMAS*. *Linn. W. E. 39. R. S. 1. 246.* Cor. alba 5 — 6". Caulis hirsutus. Fol. cordata oblonga inaequaliter dentato-crenata.
131. *S. VIRGATA*. *Ait. W. E. 55. R. S. 1. 249.* Cor. alba 7 — 8". Fol. cordata oblonga inaequaliter duplicato crenata, superiora sessilia.
132. *S. SPINOSA*. *Linn. W. E. 42. R. S. 1. 252. S. praecox. Vahl. R. S. 1. 229. W. E. S. 3.* Cor. alba 1' l. Bracteae calycesque spinulosi. Fol. oblonga crenata et serrato-crenata.
133. *S. APPLANATA*. *W. E. S. 3. R. S. 254.* Affinis praeced. at bracteae spina brevi, verticillis summis sterilibus.
134. *S. SCLAREA*. *Linn. W. E. 43. R. S. 1. 252.* Cor. coerulescenti-albida 1' l. Bracteae cordatae coloratae. Fol. cordata inaequaliter duplicato crenata.
135. *S. TINGITANA*. *Ettling. W. E. 42. R. S. 1. 252.* Cor. 3" alba labio flavicante. Fol. cordata inaequaliter duplicato-crenata.

136. *S. AUSTRIACA*. *Linn. W. E.* 39. *R. S.* 1. 247.
Cor. alba 8" staminibus longissimis. Fol. subpinnatifida inaequaliter dentata. Caul. subaphyllus.
137. *S. AETHIOPIS*. *Linn. W. E.* 44. *R. S.* 1. 253.
Cor. alba 10". Fol. subpinnatifida inaequaliter dentata. Bracteae acumine tenui recurvo. Cal. villosissimi.
138. *S. PATULA*. *Desfont. W. E.* 44. *R. S.* 1. 251.
Cor. alba 10". Fol. $\frac{6'}{4'}$ sinuata inaequaliter dentata. Bracteae sine acumine. Verticilli summi steriles.
139. *S. ARGENTEA*. *Linn. W. E.* 34. *R. S.* 253.
Cor. alba ultra 1'. Fol. $\frac{2' 6''}{1'}$ subpinnatifida tomentosa. Verticilli summi steriles.
140. *S. VERBASCIFOLIA*. *Marschall. Fl. taur. cauc.* 3. 22. *R. S.* 1. 242. *S. candidissima* *Marsch.* *Fl. t. cauc.* 1. 22. Cor. alba 8 — 9". Fol. $\frac{2'}{1' 4''}$ sinuata rugosissima hirta. Verticilli summi steriles.
141. *S. ODORATA*. *Hort. par. W. E.* 43. *R. S.* 1. 243.
Cor. alba 9", lacinia media labii flavicante punctis coeruleis. Fol. cordato oblonga inaequaliter duplicato crenato-dentata oblonga. Flores paniculati.
142. *S. CERATOPHYLLA*. *Linn. W. E.* 43. *R. S.* 1. 262. Cor. purpureo-violacea 8 — 9". Fol. ad nervum fere pinnatifida tomentosa. Bracteae apice spinulosae. Verticilli summi steriles.
143. *S. CLANDESTINA*. *Linn. Sibthorp. Fl. gr.* 1. t. 24. *R. S.* 1. 261. *S. ceratophylloides* *W. E.* 43. fide herbar. Caulis tomentosus. Folia ad nervum fere pinnatifida rugosissima subvillosa. Verticilli summi floriferi. Calyces extus intusque villosi. Cor. alba parva. In *Syst. Veg.* *R. S.* *Salvia Verbenaca* cum hac rursus confusa est ut olim fecere Botanici falsis synonymis decepti. Sibthorpius longe aliam speciem esse *S. clandestinam* *Linn.* primus docuit.
144. *S. LACINIATA*. *W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 260. Caulis tomentosus. Fol. inciso-pinnatifida rugosa subvillosa. Verticilli summi floriferi. Calyces intus villosiores. Hab. . . . 4. T. Affinis praecedenti, folia minus profunde pinnatifida, calyces intus villosissimi, extus minus villosi. An var.?
145. *S. AEGYPTIACA*. *Linn. W. E.* 34. *R. S.* 1. 236.
Cor. parva alba. Fol. sinuato-dentata. Verticilli biflori.

25. ROSMARINUS.

Linn. W. E. 39. *R. S.* 1. 58.146. *R. OFFICINALIS.* *Linn. W. E.* 33. *R. S.* 1. 214.

26. COLLINSONIA.

Linn. W. E. 45. *R. S.* 1. 58.147. *C. CANADENSIS.* *W. E.* 45. *R. S.* 1. 264.Nostra *C. canad.* est cordata, foliis cordatis superioribus integerrimis. Folia semper pilosiuscula. Cor flava.148. *C. TUBEROSA.* Michaux fl. amer. 1. 17. *W. E.**S.* 4. *C. serotina* *Walter.* *R. S.* 1. 262. Cor flava.

Hab. in Carolina. 4 T.

27. ZIZIPHORA.

Cal. cylindricus decemlineatus subbilabiatus quinque-
dentatus villis clausus. *Cor.* bilabiata. *Scm.* 4.Omnes habent folia punctata, punctis resinosis, corol-
lasque purpurascens.149. *Z. CLINOPODIOIDES.* *R. S.* 1. 208. *Cunila* ca-pitata *W. Sp.* 1. 122. *E. S.* 2. Folia ovata subser-

rata. Capitula terminalia. Calyces pubescentes. Hab.

in Sibiria. ☉. D.

150. *Z. MEDIA.* Foliis ovatis acuminatis subinte-

gerrimis nervosis, floribus capitatis, calycibus hirsutis,

basi pubescentibus Hab. . . . ♪. F. Valde affinis se-

quenti, e qua in horto fortassis enata at calycibus non

ita pilosis, floribus nunquam in anthuro (spica verti-

cillata), foliis rarissime crena insignitis. Reliqua con-

veniunt.

151. *Z. DASYANTHA.* *Marschall. W. E.* 31. *R. S.*

1. 211. Folia ovata acuminata crenata nervosa, flo-

ribus spicato-capitatis: calycibus undique hirsutissimis.

152. *Z. CAPITATA.* *Linn. R. S.* 1. 209. Folia lance-

olata. Bracteae ovatae. Flores capitati. Calyces his-

pidi.

153. *Z. SERPILLACEA.* *Marschall. W. E.* 31. *R. S.*

1. 210. Folia lanceolato-lineararia. Flores capitati. Bra-

cteae nullae. Cal pilis brevissimis reflexis.

154. *Z. TENUIOR.* *Linn. W. E.* 31. *R. S.* 1. 210.

Folia lanceolata. Flores verticillati. Cal. hispidi. Cor.

tubus inclusus.

155. *Z. TAURICA.* *Marsch. W. E.* 31. *R. S.* 210. Fo-

lia lanceolata. Flores verticillato-spicati. Cal. hirti.

Cor. tubus exsertus.

156. *Z. ACINOIDES.* *W. E. S.* 2. Folia ovato-acu-

minata nervosa ciliata. Flores verticillati quaterni.

Verticilli approximati. Bractee ovatae. Hab. in Sibiria. ☉. D. Z. hispanicae similis. Z. acinoidem *Linn.* cum clinopodioide conjuxit Rudolph.

28. CUNILA.

Cal. oblongus quinquedentatus villis clausus. *Cor.* bilabiata. *Sem* 4.

Cal. superne parum ampliatur, qui in precedenti genere potius contrahitur; tum quoque multo brevior est.

- † *C. MARIANA.* *Linn. W. E.* 31. Ziziphora mariana *R. S.* 1. 208. Folia sessilia ovata subserrata glaberrima. *Cal.* sulcatus glaber, villis densis clausus. *Cor.* purpurascens. Perit.

29. AMETHYSTEA.

Linn. R. S. 1. 57.

157. *A. COERULEA.* *Linn. W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 207. Fol. tripartita, foliis grosse serratis. *Cor.* coerulea. Hab. in Sibiria. ☉. D.

30. LYCOPUS.

Linn. W. E. 30. *R. S.* 1. 57.

158. *L. EUROPAEUS.* *Linn. W. E.* 30. *R. S.* 1. 206. Folia basi sinuato-dentata. *Cor.* alba.
159. *L. EXALTATUS.* *Linn. Suppl. W. E.* 31. *R. S.* 1. 207. Folia tota pinnatifida. *Cor.* alba.
160. *L. VIRGINICUS.* *Vahl. R. S.* 1. 207. *W. E. S.* 2. Folia magis rugosa ac in *L. europaeo*, minora ut tota planta.

IV. VERBENACEAE.

31. STACHYTARPHA.

Vahl. W. E. 30. *R. S.* 1. 57.

161. *ST. ANGUSTIFOLIA.* *Vahl. W. E.* 30. *R. S.* 1. 203. Fol. lanceolato-lineararia.
162. *ST. JAMAICENSIS.* *Vahl. W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 203. *St. pilosiuscula.* *Humboldt et Kunth, N. gen.* 2. 226. *Verbena jamaicensis Linn. W. Sp.* 1. 115. Folia ex oblongo-attenuata infra nervis hirtis. Bractee flores superant. *Cor.* coerulea.
163. *ST. CAYANENSIS.* *Richard W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 204. Folia ex ovato-attenuata infra nervis hirtis. Bractee floribus longiores. *Cor.* coerulea. Hab. in Cayenne h. C.
164. *ST. PRISMATICA.* *Vahl. R. S.* 1. 205. *W. E.* 30. *Verbena prismatica. Linn. W. Sp.* 1. 116. Fo-

lia ex ovato-attenuata, Bracteae floribus breviores. Cor. coerulea.

165. ST. MUTABILIS. Jacq. *W. E.* 30. *R. S.* 204. Cor. coccinea tum rosea.

Stachytarpheta dicta a *σάχυσ* spica et *ταρρός* densus; melius diceretur Tarphostachya. Ne vero plane mutetur nomen nimis longum, Stachytarpham diximus.

166. ST. HIRSUTISSIMA. Caule foliis que ovalibus acute crenatis hirsutissimis, spica longissima, bracteis calyce minoribus appressis. Hab. in Brasilia 2. C. Caul.

1—2 ped. erectus, fol. c. pet. $\frac{4' 6''}{2'}$ in petiolum attenu-

ata acutiuscula pilis rigidiusculis hirsutissima. Spica terminalis 1—2 ped. Bracteae lanceolato-lineares 3" lg. Cal. laciniis 4 linearibus 4" lg. Cor. coerulea tubo calycem ad 3" superante, limbus 3" lg. laciniis obtusis.

V. RHINANTHEAE.

32. VERONICA. Linn.

Cal. 4—5 partitus aut diphyllus. Cor. rotata aut infundibiliformis. Caps. bivalvis, dissepimento ventrali.

A. *Callistachya*. Rafinesq. Cal. 5 partitus.

Cor. infundibiliformis.

167. V. SIBIRICA. Linn. *W. E.* 15. *R. S.* 1. 86.

Fol. 5—9 na. Spica densa. Cor. coerulea.

168. V. VIRGINICA. Linn. *W. E.* 15. *R. S.* 1. 86.

Fol. 4—5 na, Spica laxa. Cor. alba.

B. *Veronica*. Cal. 4—5 partitus. Cor. rotata.

a. *Racemis spicisve terminalibus.*

α. *Foliis serratis et dentatis.*

169. V. ANGUSTIFOLIA. Fischer. *Hort. Gor.* V. *lin-*

ariaefolia. Pallas. *Willd. Herb.* Folia opposita linea-

ria sensim attenuata longe acutata remote serrata. Brac-

teae pedicello longiores. Hab. in Sibiria 2. D. Caul.

1—2 ped. altus erectus angulatus pilis sparsis; ramis

paucis. Folia $\frac{2'}{2''}$ in petiolum longe attenuata basi et

apice integerrima medio serrata glabra. Racemus elon-

gatus; pedicellis 2" — 3" l. cum rachi pubescentibus.

Bracteae lineares pubescentes. Cal. glaber laciniis ci-

liatis. Cor. magna coerulea.

170. V. MARITIMA. Linn. *Schrader. R. S.* 1. 87.

Fol. opposita ternaque lanceolato-linearia longe acutata

sensim attenuata ad apicem serrata. Bracteae pedicello

longiores. Hab. in Europa boreali. 24. D. V. maritima *W. E.* 18. e V. spuria et longifolia composita est. Varietatem habemus foliis cauleque inferne glabris nomine V. grossae acceptam. Folia superiora interdum profunde serrata sunt, ita ut ad V. laciniatam accedat.

171. V. SPURIA. *Linn. Schrad. R. S.* 1. 88. V. amethystina *W. E.* 19. *R. S.* 1. 89. Folia opposita ternaque lanceolata ex oblonga basi attenuata. Bractee pedicello breviores. Cor. coerulea.

172. V. FOLIOSA. *Waldst. et Kitaib. W. E.* 18. *R. S.* 1. 87. Affinis praecedenti, nec nisi foliis latioribus oblongis diversa. Cor. coerulea.

173. V. NITIDA. V. arguta. *W. E.* 16. Caul. 2. ped. glaber. Folia opposita ternave $\frac{2' 6''}{1'}$ acuta ex ovata basi attenuata medio serrata apice subserrata glabra. Racemi longi, pedicelli 1" l. Bractee lineares pedicello longiores. Cal. glaber. Cor. coerulea. A. V. arguta *Schrad.* differt foliis brevioribus latioribus ex ovata basi attenuatis. An varietas? V. falcata *Martius Erlang. R. S.* 1. 90. secund. specimina a Nees ab Esenbeck accepta videtur varietas foliis profundius serratis dentibus curvatis, quo modo non raro degenerant Veronicae.

174. V. LONGEBRACTEATA. Caule glabriusculo, foliis oppositis ternisque oblongis lanceolatisve acutis ex oblonga basi sensim attenuatis apice integerrimis, bracteis inferioribus foliaceis integerrimis. Hab. . . . 24. D. Var. a. *angustifolia*. Caule glabriusculo, foliis sensim attenuatis. V. media *W. E.* 16. Caulis 2—3, ped. magis minusve pubescens. Fol. $\frac{3'}{3''}$ sensim attenuata basi integerrima profunde saepe serrata ciliata. Pedicelli vix $\frac{1''}{2}$ l. Bractee inferiores saepe 1' l. superiores saepissime floribus longiores. Cal. glabriusculus. Cor. coerulea.

Var. b. *latifolia*, Caule glabriusculo, foliis ex oblonga basi attenuatis. A praecedente non nisi foliis majoribus $\frac{5'}{1' 5''}$ longius acutatis differt. V. hybrida *Willd.*

Diar. Schrad. 1799. p. 388. hujusloci.

175. *V. AUSTRALIS*. *Schrad. IV. E. 16. R. S. 1. 9.* Affinis praecedenti. Caulis canus. Folia majora dense serrata, basi minus attenuata. Bractee inferiores floribus longiores.
176. *V. CANESCENS*. *Schrad. Ver. 19. V. neglecta. Vahl. IV. E. 15. R. S. 1. 92.* Planta tota incanotomentosa. Cor. coerulea. Affinis sequenti.
177. *V. INCANA*. *Linn. W. E. 15. R. S. 1. 92.* Folia remote serrata aut serrulata nec evidenter serrata ut in praecedenti.
178. *V. GLABRA*. *Schrad. R. S. 1. 89.* Folia opposita ternaque oblonga lanceolataque ex ovata basi attenuata acuta serrata apice integerrima. Caulis foliaque glabra, petioli ciliati. Cor. coerulea.
179. *V. BREVIFOLIA*. Caule pubescente simplici, foliis oppositis lanceolatis ex oblonga basi sensim attenuatis acuminatis serratis apice integerrimis, superioribus subserratis, bracteis pedicello longioribus. Hab. . . . 4. D. Caul. ped. teres leviter pubescens. Fol. $\frac{2'}{4-5''}$, non ita dense serrata superiora fere integerrima, petiolus 2" l. Bractee infimae foliaceae, inferiores flore longiores, superiores breviores. Pedicelli infimi vix 1". Cal. pubescens. Cor. coerulea.
180. *V. ELEGANS*. *Decand. R. S. 1. 95.* Folia opposita oblonga ex oblonga basi attenuata acuta serrata apice integerrima. Bractee inferiores pedicello longiores superiores breviores. Pedicelli longiores 2". Cor. eleganter incarnatae.
181. *V. MEDIA*. *Schrad. R. S. 1. 90.* Caulis pubescens. Folia opposita ternaque oblongo-lanceolata ex oblonga basi attenuata ad apicem usque dense serrata. Bractee pedicello longiores. Pedicelli brevissimi vix $\frac{1''}{2}$
182. *V. PERSICIFOLIA*. *Schott. Hort. Vind.* Folia oppositis ternisque lanceolatis ex oblonga basi attenuatis longissime acutatis ad apicem usque serratis, bracteis pedicello longioribus. Hab. . . . 4. D. Caul. 2. ped. inferne glaber. Fol. $\frac{5'}{7''-8''}$ acumine longissimo, petiolo 4" l. Bract. lineares inferiores longae. Pedicelli 1" Cal. subpubescens. Cor. coerulea. Media inter *V. maritimam* et *longifoliam*. An diversa a sequenti?

183. *V. LONGIFOLIA*. *Linn. R. S. 1. 91.* Folia opposita ternaque e cordata et subcordata basi attenuata longe acutata ad apicem usque serrata. Bracteae pedicello longiores. Cor. coerulea albave.
- Var. a. *angustifolia* Foliis anguste lanceolatis. *V. maritima. W. E. 18.*
- Var. b. *latifolia*. Foliis late-lanceolatis. *V. longifolia. W. E. 19.* *V. grossa. Mart. R. S. 1. 92.* sec. specimina a Neesio accepta non differt nisi foliis profundius serratis.
- Var. c. *abbreviata*. Foliis praesertim inferioribus brevius acutatis. *V. acuta Mart. R. S. 1. 91.* sec. specimina a Neesio accepta habet folia profundius serrata, basi subcordata. *V. ambigua. R. S. 1. 92.* sec. specimina ab eodem accepta ab hac varietate nullo modo differt. Simillima Berolini spontanea est. *V. rigens Mart. R. S. 1. 93* foliis rigentibus basi subovata vix cordata paullo magis differt, nec tamen diversa videtur.
- Var. d. *subincisa*. Foliis basi profunde serratis. Accedit ad sequentem at minor.
184. *V. ELATIOR*. *Ehrh. W. E. 17. R. S. 1. 89.* Tempore florendi serotino, caule ad 9. ped. alto, foliis longioribus rigidioribus nitidis a *V. longifolia* sat differt.
185. *V. COMPLICATA*. *Hoffm. W. E. 19. R. S. 1. 89.* Foliis longissimis angustissimis remote serratis a *V. longifolia* differt quidem, at formae tot intermediae sunt, ut crediderim speciem in hortis enatam.
186. *V. AZUREA*. Foliis lanceolato-linearibus longissimis sensim attenuatis ad apicem usque argute serratis serraturis baseos profundioribus, bracteis pedicello longioribus. *Hab. . . . 4. D.* Hoc nomine ex horto Vindobon. . Caul. 3. ped. superne pubescens. Fol. $\frac{3'}{4''}$
- Cor. coerulea. Foliorum forma ut in praecedente et serraturae similes at multo longiores majores crebriores.
187. *CRENULATA*. *Hoffm. W. E. 18. R. S. 1. 87.* *V. villosa. Schrad. R. S. 1. 97.* Folia e cordata et subcordata basi attenuata ovata $\frac{2'}{1}$ plerumque nervo incurvo. Cor. coerulea et alba petalis crenulatis. Parum villosa.

188. *V. POLYSTACHYA*. Foliis subsessilibus ovatis acutis serratis pubescentibus, ramis spiciferis congestis, floribus subsessilibus. Hab. . . . 24. D. Caul. 2. ped. teres pubescens. Fol. $\frac{1}{2}$ ad apicem usque serrata subcomplicata acumine plerumque reflexo. Bracteae lineares inferiores flore longiores. Cal. pubescens. Cor. parva coerulescens. Floribus parvis sessilibus facile dignoscitur. Habitum monstrosum refert.
189. *V. PONAE*. *Gouan. R. S. 1. 96.* Fol. sessilia ovata grosse serrata. Bracteae pedicellis multo minores. Cor. coerulea.
- β. Foliis crenatis.*
190. *V. SPICATA*. *Linn. R. S. 1. 93.* *V. Barrelieri R. S. 1. 94.* Folia superiora oblonga aut ovata plerumque petiolata. *V. orchidea Crantz R. S. 1. 94.* *V. cristata Bernhardtii W. E. S. 2.* est varietas corollarum laciniis elongatis. Hab. in Austria, Hungaria. 24. D. Cor. coerulea albave.
191. *V. GENTIANOIDES*. *Linn. W. E. 20. R. S. 1. 90.* Folia obverse lanceolata $\frac{3}{7}$ serrulata. Bracteae pedicellis breviores. Pedicelli 7". *V. pallida Hornem. Hafn. 1. 17.* non minus in horto obvia differt foliis subserrulatis pallidioribus. *V. gentianoides* spontanea vix spithamea est, culta pedalis et ultra. Cor. in utraque coerulea.
192. *V. BELLIDIQIDES*. *Linn. W. E. 19. R. S. 1. 99.* Folia obverse oblonga $\frac{10''}{5''}$. Racemus brevis. Pedic. 1" 1. Cor. coerulea. Capsulae magnae.
193. *V. SAXATILIS*. *Linn. W. E. 20. R. S. f. 99.* Caulis basi lignosus. Fol. obovata $\frac{4''}{2''}$ crenulata. Racemus brevis. Pedic. 4". Cor. eleganter coerulea.
194. *V. NUMMULARIA*. *Gouan. R. S. 1. 100.* Caulis totus lignosus. Fol. subrotunda subintegerrima. Racem. brevis. Pedic. 2". Cor. coerulea. Hab. in Pyrenaeis. h. D.
195. *V. FRUTICULOSA*. *Linn. R. S. 1. 99.* Caulis basi lignosus. Folia lanceolata et obverse lanceolata

- $\frac{8''}{2''}$ Racem. brevis. Pedicelli 8''. Cor. rubella. Hab. in Alpibus europaeis. H. D.
196. *V. ALPINA*. Linn. *W. E.* 20. *R. S.* 1. 100.
Caulis basi lignescens. Folia $\frac{8''}{5''}$ — $\frac{10''}{4''}$. Racemus brevis. Pedic. 1''. Cor. rubra.
197. *V. SERPYLLIFOLIA*. Linn. *R. S.* 1. 102.
3339. A. FOETIDA. *Linn. W. E. 388. Fourcroea*
gigantea Venten. Ait. Kew. 2. 302. Folia integerrima.
 3340. A. RIGIDA. *Mill. Fourcroea rigida Haw. succ.*
74. Hab. in America calidiore ꝑ. C. Folia basi ser-
rato-spinosa.
 3341. A. TUBEROSA. *Linn. W. Sp. 2. 194. Four-*

croea tuberosa Ait. *Keiw.* 2. 303. Hab. in America calidiore ꝑ. C. Folia dentato-spinosa.

643. ALOE.

Linn. W. E. 399. *Gärtn. de fr. et sem.* 1. 67.

A. Parvifloræ.

1. *Cor. bilabiata. Apicra Willd.*

α. Acaules.

α. Fol. integerrimis.

3342. *A. RETUSA.* *Linn. W. E.* 387. *Salm.*)* 1. Folia quinquefaria.

3343. *A. CYMBAEFOLIA.* *W. E.* 387. *Salm.* 1. Al. cymbiformis *Bot. Mag. t.* 802. Folia valde succulenta et mollia.

3344. *A. ALBICANS.* *Haworth Bot. Mag. t.* 1. 1452. *Salm.* 91. *Apicra albicans Willd. Mag. d. naturf. Fr. V.* 273. Folia apice obliqua.

β. Folia margine spinosa aut spinoso-ciliata.

3345. *A. RETICULATA.* *Salm.* 2. 37. *Apicra reticulata W. E. S.* 18.

3346. *A. ATROVIRENS.* *Decand. W. E.* 385. *Salm.* 2.

3347. *A. LAETEVIRENS.* *Haw. succ. Suppl.* 55. Folia subtus rubentia aculeis minutis. Hab. in Pr. b. sp. ꝑ. T.

3348. *A. ARACHNOIDES.* *Thunb. W. E.* 385. *Salm.* 3. 37.

3349. *A. TRANSLUCENS.* *Bot. Mag.* 1417. Aculeis setiformibus longissimis.

3350. *A. MIRABILIS.* *Haw. succ.* 95. Folia retusa aculeis minutis. Hab. in Pr. b. sp. ꝑ. T.

γ. Foliis albo-tuberculatis.

3351. *A. RECURVA.* *Bot. Mag. t.* 1533. *Salm.* 4. *Apicra recurva W. Mag. V.* 270. Hab. in Pr. b. sp. ꝑ. T.

3352. *A. RADULA.* *Jacq. W. E.* 386. *Salm.* 4. 38. Folia longe acutata, undique tuberculis minutissimis creberrimis tecta.

*) Cfr. Verzeichniß der verschiedenen Arten und Abarten des Geschlechts *Aloe* edit. a. Serenissimo Principe de Salm Dyck,

3353. *A. ATTENUATA*. *Salm.* 4. *Apicra attenuata* *W. E. S.* 18. *Affinis praec.* Folia subtus tuberculis majoribus, juniora supra tuberculata, adultiora laevia.
3354. *A. FASCIATA*. *Salm.* 5. 39. *Apicra fasciata* *W. E. S.* 18. *Aff. praec.* Folia supra laevia. An diversa?
3355. *A. MARGARITIFERA*. *Ait. W. E.* 386. *Salm.* 5. 39. *Var. α. Major. Var. β. Minor. Var. γ. Minima.* *Apicra granata* *W. E. S.* 18. Folia supra subcarinata praesertim juniora.
3356. *A. SEMIMARGARITIFERA*. *Salm.* 6. *Var. α. Maxima. Var. β. Major. Var. γ. Minima.* Fol. supra laevia. Tubercula majora ac in *A. attenuata*.
3357. *A. PAPILLOSA*. *Salm.* 7. 41. *Apicra margaritifera maxima* *W. Mag.* 269. Magnitudine distincta.

b. Caulescentes.

3358. *A. ASPERA*. *Salm.* 7. *Apicra aspera* *W. E. S.* 18. Folia trifaria.
3359. *A. VISCOSA*. *Linm. W. E.* 384. *Salm.* 8. Folia trifaria.
3360. *A. TORTUOSA*. *Salm.* 8. Folia spiraliter trifaria, longiora ac in *A. viscosa*. Non differt ab hac *A. pseudo rigida* *Salm.* 9. *Apicra rigida* *W. E.* 384.
3361. *A. PSEUDOTORTUOSA*. *Salm.* 8. 41. *Apicra tortuosa* *W. Mag.* 274. *E. S.* 18. Fol. densissime imbricata, ut alterum supra alterum vix emineat.
3362. *A. RIGIDA*. *Salm.* 9. 47. *Apicra patula* *W. E. S.* 16. *Var. β. Apicra expansa* *W. E. S.* 18. Fol. multifaria majora ac in praec. magis expansa subreflexa.

2. Cor. regularis. Haworthia.

3363. *A. FOLIOLOSA*. *Salm.* 9. *Apicra foliolosa* *W. E. S.* 18. Fol. multifaria.
3364. *A. IMBRICATA*. *Salm.* 10. *A. spiralis. Dec. grass. t.* 26. *Apicra imbricata* *W. Mag. V.* 273. Folia multifaria.
3365. *A. SPIRELLA*. *Salm.* 10. 43. Folia spiraliter quinquefaria apicem versus subtus bicarinulata, longiora ac in pr. maculata.
3366. *A. PENTAGONA*. *Bot. Mag. t.* 1388. *Apicra pentagona* *W. E. S.* 18. *β. Ap. spiralis* *W. E.* 384. Folia quinquefaria subspiralia, laevia.

*B. Curviflorae. Gasteria Haworth.**a. Subacaules.*

3367. *A. OBLIQUA.* *Salm.* 11. *A. maculata W. E.*
387. Folia spiraliter disticha picta obtusa cum mucrone.
3368. *A. PULCHRA.* *Salm.* 12. *W. E. S.* 19. *A. obliqua Decand. gr. t.* 91. *A. maculata Bot. Mag. t.* 755. *A. praec. differt foliis acutis.*

*b. Acaules et subacaules.**α. Folia spiraliter multifaria.*

3369. *A. ACINACIFOLIA.* *Jacq. Salm.* 12. 44. 45. Variet. tres. Fol. magna, variegata margine cartilagineo crenato seu serrato subspinuloso.
3370. *A. NITIDA.* *Salm.* 13. 45. *Aff. pr. fol. obtusiora.*
3371. *A. GLABRA.* *Salm.* 13. 46.
3372. *A. SUBCARINATA.* *Salm.* 14. 46.
3373. *A. CARINATA.* *Aiton. Salm.* 14. *W. E. S.* 19. Folia subtus carina laterali tuberculato-crenulata.

β. Folia disticha.

3374. *A. EXCAVATA.* *W. Mag. V.* 276. *Salm.* 13. 49. Folia subacuminata cum mucrone, excavata ob impressionem a foliis superioribus.
3375. *A. OBSCURA.* *W. E. S.* 19. *Salm.* 15. 50. Folia obtusa mucronulo molli. *Aff. A. acinacifoliae.*
3376. *A. PSEUDO-ANGULATA.* *Salm.* 16. 50. *A. angulata striata W. Mag. V.* 276. Folia basi serrulata carina laterali.
3377. *A. NIGRICANS.* *W. Mag. V.* 276. *W. E. S.* 19. *Salm.* 16. 51. *A. Lingua β. Bot. Mag. t.* 858. Non plane acaulis.
3378. *A. PSEUDO-NIGRICANS.* *Salm.* 17. 51. Differt a praec. foliis tuberculatis.
3379. *A. LINGUA.* *Thunb. W. E.* 386. *Salm.* 17. 52. Folia crassa repanda. *A. laevis nostra ab hac non differt.*
3380. *A. ANGULATA.* *W. Mag. V.* 276. *Salm.* 17. Fol. carina laterali.
3381. *A. CONSPURCATA.* *Salm.* 18. 52. *Aff. pr. at maculata.*
3382. *A. SUBVERRUCOSA.* *Salm.* 18. 53. Tubercula magna.

3383. *A. INTERMEDIA*. Folia obtusa cum acumine
W. Mag. V. 277. Salm. 19. 53.
3384. *A. VERRUCOSA*. *Ait. W. E. 386. Salm. 19. 53.* Folia carina laterali; tuberculis parvis, magis acutata ac in reliquis.

C. Grandiflorae. Aloe.

a. Acaules.

3385. *A. HUMILIS*. *Thunb. W. E. 385. Salm. 20. 54.* Fol. longe acutata aculeis mollibus.
3386. *A. ECHINATA*. *W. Mag. V. 278. Salm. 21. 55.* Valde affinis praecedenti.
3387. *A. TUBERCULATA*; *Haw. succ. 84. Salm. 21. 55.* Aff. *A. humili.*
3388. *A. ACUMINATA*. *Haw. succ. n. 28. 55. Al. humilis Bot. Mag. t. 756.* Folia majora ac in *Al. humili*; spinae firmiores.
3389. *A. VIRENS*. *W. E. S. 19. Mag. V. 279. Salm. 22.*

B. Caule seniore suffruticoso.

a. Folia non maculata.

3390. *A. PROLIFERA*. *Salm. 23. A. brevifolia Decand. W. E. 384.* Fol. brevia breviter acutata supra planiuscula; aculeis incurvis.
3391. *A. DEPRESSA*. *Haw. Salm. 23. 56. A. Serra W. Mag. V. 282. E. 383.* Spinis basi non confluentibus a sequente differt.
3392. *A. SERRA*. *Decand. Salm. 23. 56.* Spinae basi confluentes.
3393. *A. LINEATA*. *Haw. Salm. 24. 56.* Fol. latissima vix spinosa.
3394. *A. GLAUCA*. *W. Mag. V. 280. E. S. 19. Salm. 24. 56. Al. rhodacantha Dec. gr. t. 44. W. E. S. 19.*
3395. *A. PANICULATA*. *W. Mag. V. 281. Jacq. Salm. 24.* Fol. margine latissimo albo.
3396. *A. VULGARIS*. *W. E. 382. Salm. 25. 58.* Fol. elongata; spinis distantibus; maculis raris.

b. Folia maculata.

3397. *A. VARIEGATA*. *Linm. W. E. 384. Salm. 26.*
3398. *A. MYRIACANTHA*. *Haw. succ. suppl. 106.* Folia longissima angustissima aculeata canaliculata picta.

3399. A. SERRULATA. *Bot. Mag. t. 1415. Salm.*
Fol. spinulis minutis distincta.
3400. A. TENUIFOLIA. *Lam. IV. E. S. 19. Salm.*
26: 59. Caulis debilis.
3401. A. UMBELLATA. *Decand. Salm. 27: 60. A.*
picta W. R. 282. at planta in herb. non hujus loci.
Nostra folia habet striis albis longitudinalibus.
3402. A. PICTA. *Decand. Salm. 27: 60.* Spinæ sæpe
rubescent.
3403. A. LATIFOLIA. *Salm. 28: 61.* Folia latiora ac
in pr. ultra 3' lata.

C. *Caulis frutescente.*

3404. A. SUCCOTRINA. *Ait. IV. E. 383. Salm. 28.*
3405. A. CAESIA. *Salm. 29: 62.* Aff. A. glaucae at
caulescens.
3406. A. PLICATILIS. *Decand. W. E. 381. Salm.*
30: 63. *Rhipidodendron distichum Willd. Mag. 164:*
Var. β . major.
3407. A. ARBORESCENS. *Ait. IV. E. 382. Salm.*
31: Hujus varietas est A. frutescens *Salm. 36: 64:*
3408. A. PSEUDO-AFRICANA. *Salm. 31: 65.*
3409. A. COMMELINI. *W. Mag. V. 282. E. S. 19.*
Salm. 32: 68.
3410. A. XANTHACANTHA. *W. Mag. V. 282. E.*
S. 19. Salm. 33: 70. A. mitriformis patula *Hort.*
3411. A. MITRIFORMIS. *Ait. IV. E. 383. Salm.*
33: 71.
3412. A. BREVIIFOLIA. *Harb. Salm. 33: 71: A. mit-*
triformis humilior W. Mag. V. 282.

644. LOMATOPHYLLUM.

Willd. Mag. d. naturf. Freunde V: 166.

3413. L. BORBONICUM. *W. l. c. A. marginata W.*
E. 382. Dracaena marginata Ait. W. Sp. 2: 157.
3414. Hujus generis videtur A. MACRA. *Harb. juéc.*
suppl. 45: 105. foliis longissimis non variegatis acui-
leis brevibus.

VIII. ASPARAGINAE.

645. STREPTOPUS.

Michaux. Decand. fl. franc. 3: 174.

3415. STR. AMPLEXIFOLIUS. *Dec. fr. 3: 174: Uvu-*
laria amplexifolia Linn. W. E. 365.

646. EUSTREPHUS.

*Brown. Ait. kew. 2. 272.*3416. E. LATIFOLIUS. *Br. Ait. k. 2. 273.* Hab. in Australia h. T.3417. E. ANGUSTIFOLIUS. *Brown. Prodr.* Hab. in Australia h. T. Fol. $\frac{1' 5''}{2''}$. Cor. 4" l. alba extus varrens.

647. CAULOPHYLLUM.

*Michaux W. E. 372.*3418. C. THALICTROIDES. *Mich. W. E. 372.*

648. DIPHYLLEIA.

*Michaux Pers. syn. 1. 387.*3419. D. CYMOSA. *Mich. Pers. s. 1. 387.* Hab. in America boreali q. T.

649. ASPARAGUS.

*Linn. W. E. 373. Gärtn. d. fr. et sem. 1. 58.**A. Inermes.*3420. A. OFFICINALIS. *Linn. W. E. 373.*3421. A. SYLVATICUS. *Waldst. Kit. W. E. 575.*
Fol. tenuiora ac in praec.3422. A. MARITIMUS. *Pallas Marschall. t. cauc. 3. 270.* Hab. in campis salsugineis mari caspio finitimis q. D. Fol. pauciora, breviora, rigidiora ac in A. sylvatico. A. Tauscheri Fisch, Hort. Gor.5423. A. DAURICUS. *Hort. Gorenk.* Caule herbaeo erecto, ramis rectis, foliis fasciculatis setaceis elongatis, pedunculis solitariis nutantibus. Hab. in Dauria q. D. Fischer. Caul. 2—3 ped. alt. Folia pauca in fasciculo ad 1' 6" l. Ped. 3" l. Cor. parva.3424. A. DECUMBENS. *Jacq. W. E. 373.* Affin. A. officinali at caulis ramosissimus diffusus.3425. A. VERTICILLARIS. *Marschall W. E. 373.* Folia patentia nec pedicellata ultra 1' longa arcuata.5426. A. ACUTIFOLIUS. *Linn. W. E. 374.* Folia rigida pungentia 4" l.3427. A. APHYLLUS. *Linn. W. E. 374.* Folia rigida pungentia 6" l. multo crassiora ac in pr.

B. Aculeati.

3428. *A. ASIATICUS*. *Linn. W. E.* 373. Caulis flexuosus. Fol. 4—5" l.
3429. *A. RETROFRACTUS*. *Linn. W. E.* 373. Caulis flexuosus. Fol. 1" l.
3430. *A. FALCATUS*. *Linn. W. Sp.* 2. 152. Hab. in Zeylona ꝑ. C. Folia linearia falcata.
3431. *A. AETHIOPICUS*. *Linn. W. Sp.* 2. 153. Hab. in Pr. b. sp. ꝑ. T. Affinis pr. fol. breviora latiora.
3432. *A. ALBUS*. *Linn. W. E.* 373. Caulis albus flexuosus. Floribus copiosis pulcher frutex.
3433. *A. SARMENTOSUS*. *Linn. W. Sp.* 2. 155. Hab. in India orientali ꝑ. C.
3434. *A. BROUSSONETI*. *Jacq. Eclog.* 2. 40. Hab. in Canariis ꝑ. T.

650. DRACAENA.

Linn. W. E. 374.

3435. *DR. DRACO*. *Linn. W. E.* 374.
3436. *DR. FERREA*. *Linn. Ait. Kew.* 2. 277. Dr. terminalis *Jacq. W. E.* 374. Foliis rubris distincta.
3437. *DR. FRAGRANS*. *Ker. Ait. kew.* 2. 277. Aletris fragrans *Linn. W. Sp.* 2. 183. Hab. in Pr. b. sp. ꝑ. C. Folia lanceolata inermia.
3438. *DR. ARBOREA*. *Hort. angl.* Aletris arborea *W. E.* 381. Affinis praec. altissima.
3439. *DR. TESSELLATA*. *W. E.* 374. Aloe marginata *Enc. meth.* 2. 321.
3440. *DR. CERNUA*. *Jacq. W. E.* 374. Folia mucronata.
3441. *DR. UMBRACULIFERA*. *Jacq. W. Sp.* 2. 156. *Loddig.* Dr. pumila *Hort.* Hab. in insula Mauritiꝝ ꝑ. C. Ex hortis anglicis habemus Dr. interruptam et frutescentem nondum satis adultas.

651. DIANELLA.

Lam. W. E. 375.

3442. *D. NEMOROSA*. *Lam. W. E.* 375. Cor. coerulea.
3443. *D. COERULEA*. *W. E.* 375. Panicula multo longior ac in praeced. Cor. coerulea.

652. SANSEVIERA.

Thunb. W. E. 375.

3444. *S. GUINEENSIS. W. E. 275. Aletris guineensis Jacq. Hort. 1. 63. t. 84. Folia variegata.*
3445. *S. LAETEVIRENS. Haw. succ. 66. Hab. . . . h. C. Folia praec. at tota immaculata viridia.*
3446. *S. FULVOGINCTA. Haw. succ. suppl. 30. Hab. in Brasilia h. C. Folia lanceolata 1' 5" lata planiuscula recurva vix maculata tenui fulvo limbata.*
3447. *S. SPICATA. Haw. succ. 66. Salmia spicata Cav. ic. 3. t. 246. Hab. . . h. C. Fol. basi valde attenuata antice 10' lata fasciata.*
3448. *S. ZEYLANICA. W. E. 375. Aletris hyacinthoides Linn. Sp. 321. Folia alte canaliculata fasciata.*
3449. *S. STENOPHTLLA. Foliis subtus convexis lineatis supra leviter canaliculatis non fasciatis. An S. ensifolia Haw. succ. 66.? Folia longissima basi non attenuata viridia supra lin. 3, marginibus acuatis, subtus lineis 2 mediis profundioribus 2 lateralibus levissimis. Nondum floruit. An S. grandicuspis Haw. succ. 67?*
3450. *S. PUMILA. Haw. succ. 67. Hab. in Pr. b. sp. h. C. Folia lanceolato-ensiformia subtus lineata.*
3451. *S. CARNEA. Andr. W. E. 371. Habitus alienus a praec. Folia linearia Iridis. Cor. alba purpurascens.*

653. CONVALLARIA.

Linn. W. E. 376. Gärtn. de fr. et sem. 1. 59.

3452. *C. MAJALIS. Linn. W. E. 376.*

654. OPHIOPOGON.

Ker. Ait. kew. 2. 281.

3453. *O. JAPONICUS. Ker. Ait. k. 2. 281. Convallaria japonica Linn. Suppl. W. E. 376.*

655. POLYGONATUM.

Tournef. Desfont. Annal. d. Mus. 9. 98.

3454. *P. VERTICILLATUM. Desf. Convallaria verticillata Linn. W. E. 376.*
3455. *P. VULGARE. Desf. Convallaria Polygonatum Linn. W. E. 376.*
3456. *P. MULTIFLORUM. Desfont. Convallaria multiflora Linn. W. 376.*

3457. P. LATIFOLIUM. *Desf.* Convallaria latifolia.
Jacq. W. E. 376.
3458. P. PUBESCENS. *Pursh. amer. 1. 234.* Con-
vallaria pubescens *W. E. 377.* *Hort. berol. t. 45.*
Simile P. multifloro.

656. MAIANTHEMUM.

Wiggers. Weber) Prim. Flor. holsat. 14. Smilacina.
Desfont. Ann. d. Mus. 9. 51.

3459. M. UMBELLATUM. Smilacina umbellata *Desf.*
Ann. 9. 53. *Pursh. am. 1. 237.* Hab. in montibus
Alleghanicis a Pennsylvania ad Carolinam 2. D. Infl.
umbellata.
3460. M. STELLATUM. Smilacina stellata *Desf. Ann.*
9. 52. *Pursh. am. 1. 233.* Convallaria stellata *Linn.*
W. Sp. 2. 163. Hab. in Canada et in montibus ad
Virginiam usque 2. D. Racemus simplex.
3461. M. RACEMOSUM. Smilacina racemosa *Desf.*
Ann. 9. 51. *Pursh. am. 1. 234.* Convallaria racemosa
Linn. W. E. 377. Hab. in sylvis montosis a Canada
ad Carolinam 2. D. Racemus compositus.
3462. M. BIFOLIUM. Maianthemum Convallaria *Wigg.*
Roth. germ. 1. 70. 2. 196. Smilacina bifolia *Desf.*
Ann. 9. 54. Convallaria bifolia *Linn. W. E. 377.*

657. TACCA.

Forster W. E. 390.

3462. a. T. PINNATIFIDA. *Forster W. E. 390.* Leon-
tice Leontopetaloides *Linn. W. Sp. 2. 200.*
3463. T. INTEGRIFOLIA. *Bot. Mag. t. 1488.* Hab.
in India orientali 2. C. Folia ovata subtus petiolis-
que violascentibus.

IX. PALMAE.

658. CORYPHA.

Linn. W. Sp. 2. 201. Gärtn. d. fr. et sem. 1. 18.

3464. C. UMBRACULIFERA. *Linn. W. Sp. 2. 201.*
Hab. in India orientali 2. C. Habemus et aliam spe-
ciem nomine C. elatae e *Hort. angl.*

X. MUSACEAE.

659. URANIA.

Schreb. W. Sp. 2. 7.

3465. U. SPECIOSA. *W. Sp. 2. 7.* Ravenalia madagascariensis *Sonner. it 2. t. 124—126.* Hab. in Madagascaria h. C.

XI. CAMPANULACEAE.

660. CANARINA.

Linn. W. E. 395.

3466. C. CAMPANULA. *Linn. W. E. 395.* Cor. rufa intus flava.

XII. RHAMNOIDEAE.

661. PRINOS.

Linn. W. E. 394.

3467. PR. VERTICILLATUS. *Linn. W. E. 394.* Pr. padifolius *W. E. 394.* sec. Pursh. non differt Folia $\frac{3\ 6}{1\ 3}$.

3468. PR. GLABER. *Linn. W. E. 394.*

XIII. SAPINDACEAE.

662. COSSIGNIA.

Jussieu. W. Sp. 2. 226.

3468. a. C. PINNATA. *Lam. W. Sp. 2. 226.* Foliola in nostra plura quam 5 obtusa integerrima Inervis praesertim primario croceis subtus fasciculis pilorum minutissimorum. An spec. diversa? Nondum floruit.

XIV. SAPOTAE.

663. ACHRAS.

Linn. W. Sp. 2. 223. Sapota *Gärtn. fr. 2. 103.*

3469. A. SAPOTA. *Linn. W. Sp. 2. 224.* Hab. in America meridionali h. C.

3470. A. MAMMOSA. *Linn. W. Sp. 2. 224.* Hab. in America meridionali h. C. Major praecedente.

XV. BERBERIDEAE.

664. BERBERIS.

Linn. W. E. 394. *Gärtn. fr.* 1. 200.

3471. B. VULGARIS. *Linn. W. E.* 395.

3472. B. EMARGINATA. *W. E.* 395. Sat differt a
praec. racemis multo brevioribus paucifloris vix pen-
dulis.

3473. B. CANADENSIS. *Pursh. am.* 1. 219. B. vul-
garis canadensis *W. Sp.* 2. 288. Hab. in America
boreali a Canada ad Virginiam 4. D. Aff. praec. folia
remote serrata. Racemi breves.

3474. B. CRETICA. *Linn. W. Sp.* 2. 229. Hab. in
Creta h. T. Folia integerrima. Ped. subbiflori.

3475. B. SIBIRICA. *Pall. W. E.* 395. Folia ciliato-
dentata. Ped. uniflori.

3476. B. AQUIFOLIUM. *Pursh. am.* 2. 219. B. pin-
nata *Hort.* Hab. in ripis Columbiae h. D. Folia
pinnata, foliola venosa nec nervosa.

665. NANDINA.

Thunb. W. Sp. 2. 230. *Gärtn. fr.* 2. 69.

3477. N. DOMESTICA. *Thunb. W. Sp.* 2. 250. Hab.
in Japonia h. T. Foliatio Epimedii.

XVI. CARYOPHYLLACEAE.

666. FRANKENIA.

Linn. W. E. 395.

3478. FR. LAEVIS. *Linn. W. E.* 395. Folia filifor-
mia. Cor. rubrae.

3479. F. PUEVERULENTA. *Linn. W. E.* 395. Fol.
 $\frac{2}{1}$. Cor. pallide rubra.

H E X A N D R I A.

D I G Y N I A.

I. G R A M I N A.

667. ORYZA.

Linn. W. E. 396.3480 O. SATIVA. *Linn. W. E.* 396. Varietatem muticam et aristatam colimus.

II. P O L Y G O N E A E.

668. ATRAPHAXIS.

Linn. W. E. 396. *Gärtn. fr.* 2. 181.3481. A. SPINOSA. *Linn. W. Sp.* 2. 248. *E. S.* 19. Hab. in Sibiria australi, prope Astracan \dagger . F. Fructus alati.3482. A. UNDULATA. *Linn. W. E.* 396. Stipulae albae sub floribus ut in Paronychia.

III. C O N V O L V U L A C E A E.

669. FALKIA.

Thunb. W. E. 396.3483. F. REPENS. *Linn. Suppl. W. E.* 396. Folia subcordata emarginata. Cor. Convolvuli 7—8" l. incarnata.

H E X A N D R I A.

T R I G Y N I A.

I. A L I S M I N A E.

670. SCHEUCHZERIA.

*Linn. W. E. 400.*3484. SCH. PALUSTRIS. *Linn. W. E. 400.*

671. TRIGLOCHIN.

*Linn. W. E. 400. Gärtn. fr. 2. 26.*3485. T. PALUSTRE. *Linn. W. E. 400.*3486. T. BULBOSUM. *Linn. W. Sp. 2. 264. E. S. 19.* Hab. in Pr. b. sp. Europa australi 2. T. Affine praec. at minus, caulis basi bulbosus comatus.3487. T. MARITIMUM. *Linn. W. Sp. 2. 264.* Hab. in Europae pratis 2. D. Capsulae subglobos.

II. M E L A N T H A C E A E.

672. MELANTHIUM.

*Linn. W. Sp. 2. 266.*3488. M. JUNCEUM. *Linn. W. Sp. 2. 268. E. S. 19.* Hab. in Pr. b. sp. 2. T. Spica 2' 1. Cor. 6—8" 1. alba purpurascens.3489. M. HYBRIDUM. *Walt. Pursh. am. 1. 241.* M. racemosum *Michaux Pers. syn. 1. 397.* M. latifolium *Enc. meth. 4. 25.* Hab. in Virginia 2. T.3490. M. UNIFLORUM. *Jacq. W. Sp. 2. 269.* Hab. in Pr. b. sp. 2. T.

673. LICHTENSTEINIA.

*Willd. Mag. naturf. Fr. 2. 19.*3491. L. LAEVIGATA. *W. Mag. 2. 20.* Hab. in Pr. b. sp. 2. T. Cor. coerulea, petalis angustis.

674. TOFIELDIA.

Hudson W. E. 402.

3492. T. ALPINA. *Smith. Transact. of the Linn. Soc. T. 12. P. 1.* T. palustris *W. E. 402.* Spica cylindrica elongata basi interrupta.

675. HELONIAS.

Linn. W. E. 402.

3493. H. BULLATA. *Linn. W. E. 402.*
 3494. H. ASPHODELOIDES. *Linn. W. Sp. 2. 274.*
Pursh. am. 1. 243. Hab. in planis sabulosis New Jersey et Carolina 2. T.
 3495. H. GLABERRIMA. *Bot. Mag. t. 1680.* Ziganus glaberrimus *Michaux Pursh. am. 1. 241.* Hab. in Virginia et Carolina 2. T. Cor. albae.

676. XEROPHYLLUM.

Michaux W. E. 402.

3497. X. SETIFOLIUM. *Mich. W. E. 402.*

677. COLCHICUM.

Linn. W. E. 401. Gärtn. fr. 1. 70.

3498. C. AUTUMNALE. *Linn. W. E. 401.*
 3499. C. VARIEGATUM. *Linn. W. E. 401.* Corolla rubra obscurius tessellata.
 3500. C. ARENARIUM. *Waldst. et Kit. W. E. 401.*
 Folia multo angustiora ac in C. autumnali, limbus corollae multo minor.
 3501. C. MONTANUM. *Linn. W. Sp. 2. 273. E. S. 19.* Hab. in Europa australi 2. T. Cum flore folia emergunt. Cor. minor et tubo minore ac in C. autumnali.
C. alpinum W. E. S. nec in herb. Willd. nec in horto est.

678. ANDROCYMBIUM.

Willd. Mag. naturf. Freunde Jahr. 2. p. 21.

3502. A. EUCOMOIDES. *Willd. l. c. Melanthium eucomoides Jacq. W. Sp. 2. 269.* Hab. in Pr. b. sp. 2. T. Folia cucullata flores vaginantes. Cor. virens.

III. ASPARAGINAE.

679. MYRSIPHYLLUM.

W. E. 400.

3503. M. ASPARAGOIDES. *W. E. 400.* Medeola asparagoides *Linn. W. Sp. 2. 270.*

3504. *M. ANGUSTIFOLIUM*. *Medola angustifolia* *Ait.*
W. Sp. 2. 271. Hab. in Pr. b. sp. 4. T.

680. TRILLIUM.

Linn. W. E. 401.

3505. TR. ERECTUM. *Linn. W. E.* 401. Cor. caly-
 lyci aequalis.
 3506. TR. PENDULUM. *W. E.* 401. *Hort. ber. t.*
 35. Cor. calyce paullo brevior, minor ac in praec.
 3507. TR. GRANDIFLORUM. *Salisb. Ait. Kew.* 2.
 329. Tr erythrocarpum *Bot. Mag.* 855. Hab. in Ca-
 nada 4. D. Cor. maxima.
 3508. TR. SESSILE. *Linn. W. Sp.* 2. 272. Hab. in
 Pensylvania ad Canadam 4. T.

IV. POLYGO NEAE.

681. RUMEX.

Linn. W. E. 396. *Gärtn. fr.* 2. 178.

A. Hermaphroditae, graniferae.

3509. R. PATIENTIA. *Linn. W. E.* 397.
 3510. R. CONFERTUS. *W. E.* 397. Affinis R. Pa-
 tientiae at folia inferiora cordata.
 3511. R. HYDROLAPATHUM. *Ait. W. E.* 397.
 3512. R. NEMOROSUS. *Schrad. W. E.* 397. Habi-
 tus R. obtusifolii at valvulae integerrimae.
 3513. R. SANGUINEUS. *Linn. W. E.* 397. Folia ve-
 nis ruberrimis.
 3514. R. CONDYLODES. *Marschall taur. cauc.* 1.
 288. 3. 278. Hab. in humentibus Caucasi orientalis
 4. D. Caulis divaricatus. Fol. ut in praec. at ner-
 vis non purpureis.
 3515. R. BRITANNICA. *Linn. W. E.* 397. Folia
 superiora longissima angusta. Valvulae granis longis-
 simis albis.
 3516. R. BRASILIENSIS. Fol. inferioribus late lanceolatis
 subundulatis, superioribus lanceolato linearibus, floribus
 verticillatis, valvulis integerrimis lanceolatis acutis grani-
 feris grano valvularum fere longitudine. Hab. in Brasilia
 4. C. Folia inferiora $\frac{9' - 10'}{2' - 3'}$ subintegerrima acuta
 glabra, superiora $\frac{3 - 4'}{9''}$ acuta subintegerrima. Verti-

cilli axillares. Valvulae omnes granulo fusto magno crasso. In praec. valvulae ovatae.

3517. R. CRISPUS. *Linn. W. E.* 398. Valvulae crispae.

3518. R. NEMOLAPATHUM. *Ehrhart. W. E.* 398. Valvulae planae.

3519. R. OBTUSIFOLIUS. *Linn. W. E.* 399. Vulgata planta, foliis inferioribus cordatis; verticillis superne aphyllis densis.

3520. R. ACUTUS. *Linn. W. E.* 398. Folia angustiora ac in praec. minus cordata subundulata, verticilli remoti foliosi. R. sylvaticus Schrad. non differt, saltem a planta Willdenowii; nec alius Rumex acutus mihi notus est. Habemus quoque Rumicis speciem e Nepal R. sylvatico simillimum, ut distinguere nequeam, valvulis tamen paulo magis dentatis ac venosis; granulo fusco majore.

3521. R. PURPUREUS. Foliis inferioribus cordatis oblongis, superioribus ovalibus basi attenuatis, omnibus venis purpureis, verticillis inferne foliosis, valvis venosis dentatis graniferis, unico majore. Hab. . . . 24. D. R. sanguineus latifolius Hort. par. An R. cristatus *Decand. Hort. Sosp.* 139? at folia inferiora in nostro cordata.

Folia inferiora $\frac{6'}{4}$ obtusa subundulata repanda crenulata punctulata, superiora deliquescentia. Verticilli superiores densi aphylli. Pedic. 5' l. Valvulae ovatae longe dentatae glabrae venis anastomosantibus elevatis, omnibus graniferis, unico maximo.

3522. R. DIVARICATUS. *Linn. W. E.* 398. R. pulcher *Linn. W. Sp.* 2. 254. non diversus videtur.

3523. R. STRICTUS. Caule erecto, foliis ovate lanceolatis repandis integerrimis, floribus verticillatis, valvulis dentatis, unica granifera. Hab. in . . . 5. D. Nomine R. dentati accepimus. Caul. 1 — 2 ped. basi ramosus purpurascens. Folia inferiora petiolo 2' 8" lamina $\frac{2' 8''}{1' 8''}$; superiora deliquescentia; omnia obtusiuscula basi vix attenuata; nervo primario subrubente. Verticilli axillares et prope radicem positi. Valvulae dentibus 3 — 4. Differt a descriptione R. dentati apud Linneum.

3524. R. MARITIMUS. *Linn. W. E.* 398.

3524. a. R. PERSICARIOIDES. *Linn. W. E.* 398. Fol. longissima $\frac{7}{6}$ cum petiolo in quem attenuantur.

3525. R. UCRANICUS. *Hornem. hafn. S.* 43. Diff. a praec. foliis subauriculatis petiolis distinctis nec non dentibus valvularum longioribus. Hab. in Ucraina \odot . D.

3526. R. AEGYPTIACUS. *Linn. W. Sp. 2.* 252. *E.* S. 19. Hab. in Aegypto \odot . D. Dentibus valvularum setaceis longissimis 6' 1. differt.

B. Hermaphroditi non graniferi.

3527. R. BUCEPHALOPHORUS. *Linn. W. E.* 399.

3528. R. LUNARIA. *Linn. W. E.* 399.

3529. R. SARCORHIZUS. Caule frutescente radice tuberosa, foliis subrotundis in petiolum decurrentibus. Hab. in Pr. b. sp. 2. T. Bergius. Valde similis praecedenti at minor. Fol. subrotunda glauca carnosae ut in pr. at superiorum lamina in petiolum decurrit et totum fere cingit. Valvulae majores rotundatae rubro venosae. Radice praesertim differt.

3530. R. DIGYNUS. *Linn. W. E.* 399. Folia forma inter R. Lemariam et scutatam intermedia.

3531. R. VESICARIUS. *Linn. W. E.* 399.

3532. R. SCUTATUS. *Linn. W. E.* 399.

3533. R. HASTIOLIUS. *Marschall b. cauc. 1.* 290. 3. 280. *Hornem. hafn. 1.* 351. Hab. in rupestribus ad fluvium Terek inter portas caucasicas et alpem Kasbek et circa Tiflin 2. D. Folia sinu laterali magis excavato longiore ac in praec.

C. Dioici.

3534. R. ALPINUS. *Linn. W. E.* 399. Hab. in Suedetis non raro.

3535. R. SPINOSUS. *Linn. W. E.* 399.

3535. a. R. TUBEROSUS. *Linn. W. Sp. 2.* 259. Hab. in Europa australi 2. T. Folia breviora ac in R. Acetosa magis ad formam foliorum R. scutati accedunt. Rad. tuberosa.

3536. R. ACETOSA. *Linn. W.* 399.

3537. R. ACETOSELLA. *Linn. W. E.* 399.

3538. R. ARIFOLIUS. *Aiton. W. Sp. 2.* 261. S. abyssinicus *Jacq. Hort. t.* 98. Hab. in Europa australi 5. T.

H E X A N D R I A.

P O L Y G Y N I A.

I. A L I S M I N A E.

682. ALISMA.

*Linn. W. E. Gärtn. fr. 2. 22.*3540. A. PLANTAGO. *Linn. W. E. 402.*3541. A. PARNASSIFOLIUM. *Linn. W. E. 403.*3542. A. NATANS. *Linn. W. E. 403.*

II. M E N I S P E R M E A E.

683. WENDLANDIA.

*Willd. Sp. 2. 275.*3543. W. POPULIFOLIA. *W. Sp. 2. 275. E. S. 19.**Androphylax scandens Wendl. obs. 38. Hab. in Ca-**rolina — Floridam h. T. Folia $\frac{2}{7}$ saepe sublobata**supra quoque pubescentia. A. Menispermo vix sepa-*
randa et M. canadeusi simillima.

H E P T A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

I. A R O I D E A E.

684. DRACONTIUM.

Linn. W. E. 406.3544. DR. PERTUSUM. *Linn. W. E.* 406. Follis
pertusis singularis planta.

685 CALLA.

Linn. W. E. 406. *Gärtn. fr.* 2. 20.3545. C. AETHIOPICA. *Linn. W. E.* 406. Habemus
et varietatem minorem.

II. A T R I P L I C I N A E.

686. PETIVERIA.

Linn. W. E. 404. *Gärtn. fr.* 1. 363.3546. P. ALLIACEA. *Linn. W. E.* 404.

III. N Y C T A G I N E A E.

687. PISONIA.

Linn. W. E. 403. *Gärtn. fr.* 1. 366.3547. P. ACULEATA. *Linn. W. E.* 403. An vera
Linnaei planta? Spinae oppositae basi patentēs, ver-
sus apicem subrecurvae. Folia opposita petiolo 6" l.
lamina ovata acuta integerrima basi parum attenuata
 $\frac{3}{2}$ carnosā glaberrima splendenti.3548. P. FRAGRANS. Inermis. Folia opposita $\frac{3}{1'7''}$ acu-
minata in petiolum brevem attenuata integerrima gla-
berrima carnosā. Hab. . . . h. C. Nondum floruit,
hinc dubia planta uti sequentes.

3549. *P. MACROPHYLLA*. Inermis, folia opposita, petiolo 8' l. lamina $\frac{4' 10''}{3' 10''}$ obtusa cum acumine parvo basi parum attenuata integerrima glaberrima, nervis lateralibus parallelis. Hab. . . . t. C. Nondum floruit.

3550. *P. OBOVATA*. Inermis, folia opposita, petiolo 1' l. lamina $\frac{5}{3' 8''}$ acutiuscula basi parum attenuata integerrima glaberrima nervis parallelis.

3551. *P. MEXICANA*. *W. E. S.* 20. *Boerhaavia arborea Lagasc. R. S.* 1. 66. *Boerhaavia arborescens Pers. syn.* 1. 30. Hab. in Nova Hispania t. C. Pet.

4". Lamina folii acuminata $\frac{1' 8''}{1}$. Fl. capitati. Cum

Pisonia et *Boerhaavia* nonnisi numero staminum differant, huc retuli. In Hbr. Willdenowii non est.

3552. *P. NITIDA*. *W. E. S.* 20. In Hbr. Willd. non est, in horto colimus et nomine Lilac d. Madagascar.

IV. PRIMULACEAE.

688. TRIENTALIS.

Linn. W. E. 404. *Gärtn. fr.* 1. 227.

3553. *TR. EUROPAEA*. *Linn. W. E.* 404.

3554. *TR. AMERICANA*. *Pursh. am.* 1. 254. Hab. in niginosis montium altiorum a Canada ad Virginiam t. F. Affinis pr. at folia multo angustiora.

V. PERSONATAE.

689. DISTANDRA.

Linn. W. E. 403.

3555. *D. PROSTRATA*. *Linn. W. E.* 403.

VI. CASTANEACEAE.

Fructu ab Acerinis sat differunt.

690. AESCULUS.

Linn. W. E. 404. *Gärtn. fr.* 2. 135.

3555. a. *A. HIPPOCASTANUM*. *Linn. W. E.* 404. β . rubra varietas pulcherrima.

3556. *A. PAVIA*. *Linn. W. E.* 404. Cor. flavescenti
rubrae.
3557. *A. FLAVA*. *Ait. W. E.* 405. Cor. sordide flavae.
3558. *A. GLABRA*. *W. E.* 405. Cor. viridi-flavae.
3559. *A. PALLIDA*. *W. E.* 406. Affinis *A. flavae* at
flores minores.
3560. *A. MACROSTACHYA*. *Michaux W. E. S.* 20.
A. parviflora *Ait. kew. 2.* 335. Hab. in Carolina, Flo-
rida ꝑ. D.
A. Chinensis. *W. E. S.* 20. In Hbriio. Willd. non
est, nec in horto.

VII. LEGUMINOSAE.

688. JONESIA.

Roxb. W. Sp. 2. 287.

3562. *J. PINNATA*. *Roxb. W. Sp. 2.* 287. Hab. in
India orientali ꝑ. C.

HEPTANDRIA.

TETRAGYNIA.

I. PIPERITAE.

689. SAURURUS.

Linn. W. E. 407.

3563. *S. CERNUUS*. *Linn. W. E.* 407.
3564. *S. LUCIDUS*. *Jacq. Eclog. t.* 18. Hab. in A-
merica calidiore ꝑ. C. Affinis *praec.* Folia latiora
magis glabra.

H E P T A N D R I A.

H E P T A G Y N I A.

690. SEPTAS.

*Linn. W. E. 407.*3565. S. CAPENSIS. *Linn. W. E. 407.*

O C T A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

I. THYMELINAE.

691. DAPHNE.

*Linn. W. E. 424. Thymelaea Gürtn. fr. 1. 188.**A. Flores laterales et axillares.**a. Corollae infundibiliformes.*3566. D. MEZEREUM. *Linn. W. E. 424.*3567. D. ALPINA. *Linn. W. E. 424. Folia subtus hirsuta incana at vix tomentosa.*3568. D. LAUREOLA. *Linn. W. E. 475.*3569. D. PONTICA. *Linn. W. E. 475. Cor. luteo-virens odora.**b. Cor. globosae.*3570. D. TARTONRAIRA. *Linn. W. Sp. 2. 417. E.**S. 21. Hab. in Europa australi ꝑ. T. Fol. $\frac{8''}{3''}$. Cor.**fuscescens.**B. Flores terminales.*3571. D. CNEORUM. *Linn. W. E. 425. D. striata Portenschlag vix differt. Cor. rubra.*

3572. *D. OLEOIDES*. *Linn. W. E.* 2. 423. *D. oleae-*
folia W. E. S. 222. Hab. in Creta \dagger . T. Fol. $\frac{2' 2''}{4''}$

juniora subtus pilis rarioribus. Fl. gemini. Cor. rufa.

3573. *D. COLLINA*. *Smith. W. E.* 425. Hab. in
 Italia australi \dagger . T. Folia subtus pilis adpressiuscu-
 lis longis. Fl. aggregati. Cor. rufa.

3574. *D. ODORA*. *Thunb. W. E.* 425. Cor. alba odo-
 ratissima.

3575. *D. GNIDIUM*. *Linn. W. E.* 425.

692. DIRCA.

Linn. W. E. 426.

3576. *D. PALUSTRIS*. *Linn. W. E.* 426. Cor. flava
 ante folia erumpens.

693. GNIDIA.

Linn. W. E. 426.

3577. *GN. SIMPLEX*. *Linn. W. E.* 426. *Ait. kew.*
 2. 412 Cor. flava.

3578. *GN. IMBERBIS*. *Ait. kew.* 2. 418. Hab. in Pr.
 b. sp. \dagger . T. Affinis pr. Fol. floralia capitulo bre-
 viora. Squamae corollae 8 nec 4.

3579. *GN. LAEVIGATA*. *Thunb. W. Sp.* 2. 426.

Hab. in Pr. b. sp. \dagger . T. Frutex elegans. Folia $\frac{4''}{2''}$
 superiora rubra. Cor. flava.

GN. GRANDIFLORA. *W. E. S.* 10. Non est
 in Hb. Willd. nec in horto.

694. STELLERA.

Linn. W. Sp. 2. 429.

3581. *ST. PASSERINA*. *Linn. W. Sp.* 2. 429. *R. S.*
 21. Hab. in Europa \odot . D.

695. PASSERINA.

Linn. W. E. 426.

3582. *P. FILIFORMIS*. *Linn. W. E.* 426. Cor. rubrae.

3583. *P. HIRSUTA*. *Linn. W. E.* 426. Cor. flava.

3584. *P. SPICATA*. *Linn. W. E.* 426. Fol. $\frac{5''}{2''}$ in

culta minus villosa ac in spontanea.

3585. *P. TENUIFLORA*. *Linn. W. E. E.* 426.

696. LACHNAEA.

*Linn. W. Sp. 2. 434.*3585. L. ERIOREPHALA. *Linn. W. Sp. 2. 434.*3586. L. PURPUREA. *Andrews. Ait. kew. 2. 415.*
Hab. in Pr. b. sp. h. T.

II. GENTIANEA.

697. CHLORA.

*Linn. W. E. 412.*3587. CHL. PERFOLIATA. *Linn. W. E. 412.*

III. ERICINAE.

698. ERICA.

*Linn. Ait. kew. 2. 360.**A. Tubiflorae.*3588. E. PLUKENETIA. *Linn. W. Sp. 2. 396 W.**E. S. 21. Hab. in Prom. b. sp. h. T. Fol. 11" l.*

Bracteae a flore remotae. Ped. 8" l. Cal. 4" l.

Cor. rubra 8" l. Anth. exsertae muticae.

3589. E. BANKSIA. *Andr. W. E. 421. Fol. 3—4" l.*

Bracteae flori approximatae. Cor. 8" l. alba apice

atropurpurea. Anther. exsertae muticae rubrae.

3590. E. FOLLICULARIS. *Salisb. Ait. kew. 2. 361.**E. melastoma Andr. Wendl. Ericae. t. 17. Hab. in**Pr. b. sp. h. T. Fol. 6—7" l. Bracteae flori ap-**proximatae. Cor. flava saepe apice nigra 8" l. An-**therae exsertae muticae rubrae.*3591. E. SEBANA. *Donn. W. E. 422. Fol. 2—3" l.*

Ped. 2" l. Bracteae flori approximatae. Cor. auran-

tia rubra 6—8" l. Anth. longae exsertae muticae.

3592. E. SOCCIFLORA. *Salisb. W. E. 422. Fol. 2—3" l.*

Ped. 2" l. Bracteae flori approximatae. Cor. virens

5—6" l. Anth. longe exsertae muticae rubrae.

3593. E. GRANDIFLORA. *Linn. W. E. 423. Folia**1" l. Bracteae foliaceae a flore remotae. Cor. 1' 3"**l. clavata rubescenti flava. Anth. longe exsertae mu-**ticae.*3594. E. CRUENTA. *Ait. W. E. 416. Fol. 3—4" l.*

Bracteae a flore remotae. Cor. 1' 2" l. incurva ru-

bra. Anth. inclusae aristatae. Stylus inclusus uti et

in Hb. Willd.

3595. *E. SPECIOSA*. *Andr. Ait. kew. 2. 369.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 6" l. Bracteae flori approximatae. Cor. rubra apice virens clavata 1' 2" l. Anth. inclusae aristatae.
3596. *E. DISCOLOR*. *Andr. W. E. 416.* Folia 2" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 10" l. rubra apice virens. Anth. inclusae aristatae.
3597. *E. FASCICULARIS*. *Ait. W. Sp. 2. 372.* *E. orthophylla Linn. Suppl. W. Sp. 2. 272.* *E. coronata Andr. v. 1.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 5—6" l. recurva. Bracteae a flore remotae. Cor. 1' 2" l. purpurascens apice viridis. Anth. inclusae aristatae.
3598. *E. MAMMOSA*. *Linn. W. E. 419.* *E. verticillata Andr. W. Sp. 2. 370.* Folia 2—3" l. rubra. Antherae inclusae aristatae. Stylus inclusus.
3599. *E. GELIDA*. *Andr. Ait. kew. 2. 370.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 4" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 10" l. virens. Anth. inclusae aristatae.
3600. *E. CLAVAEFLORA*. *Salisb. Ait. kew. 2. 370.* *E. sessiliflora Andr. v. 2.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 4—5" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 1' 2" l. viridis. Anth. inclusae aristatae.
3601. *E. SPICATA*. *Thunb. W. E. 419.* Fol. 6" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 8" l. flavo-virens. Anth. inclusae aristatae.
3602. *E. VIRESCENS*. *Loddig. Bot. Cab. Fol. 4na* 4—5" l. hirta. Fl. terminales, ped. breves, bracteae flori approximatae. Cal. foliaceus. Cor. 10" l. virenti flava viscosa. Anther. subinclusae aristatae. Stylus exsertus. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Hort. angl.
3603. *E. PATTERSONIA*. *Andr. W. Sp. 2. 370.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 5—7" l. Bracteae foliaceae calyci approximatae. Cor. 8—9" l. flava. Anth. inclusae aristatae. Var. coccinea.
3604. *E. GILVA*. *Wendl. W. E. 418.* Fol. 4—5" l. Bracteae a flore remotae. Cor. 9" l. sordide flava. Anth. inclusae aristatae.
3605. *E. PERSPICUA*. *Wendl. W. Sp. 2. 397.* Fol. 1—2" l. hirta. Flor. in ramulis terminales. Cor. alba basi rubescens 8" l. inverse conica hirta. Anth. inclusae breves muticae.
3606. *E. COSTATA*. *Andr. Ait. kew. 2. 372.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 3—4" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 10" l. rubescens rubro-striata. Anth. inclusae muticae. Var. superba,

3606. *a. E. ELATA.* *Andr. Ait. kew. 2. 379.* Hab. in Pr. b. sp. \bar{h} . T. Fol. 4". Bracteae a flore remotae. Cor. 1' 4" l. rubro-flava. Anth. exsertae muticae.
3607. *E. LANIFLORA.* *Wendl. f. 19. n. 4.* Hab. in Pr. b. sp. \bar{h} . T. Rami hirsuti. Fol. 4" l. glabra. Fl. terminales. Bracteae a flore remotae. Cal. foliaceus laxus. Cor. 1' 2" flavo-rubra. Anther. exsertae basi gibbae. Styl. exsertus.
3608. *E. TUBIFLORA.* *Linm. W. E. 423.* Fol. 2—3" l. Flor. terminales. Cor. 10" l. rubra. Antherae subexsertae muticae. Stylus exsertus.
3609. *E. SIMPLICIFLORA.* *Donn. W. E. 423.* Fol. 2—3" l. Flor. terminales. Cor. 1" l. flavo-rubra incurva. Anth. inclusae muticae.
3610. *E. SPURIA.* *Andr. Ait. kew. 2. 373.* Hab. in Pr. b. sp. \bar{h} . T. Fol. 4" l. Fl. terminales bini ternive. Cor. 8"—10" l. Anth. inclusae muticae. St. inclusus.
3611. *E. CONSPICUA.* *Ait. W. E. 423.* Fol. 4" l. Bracteae a flore remotae. Cor. 1' 4" l. rubescenti-flava. Anther. subexsertae muticae.
3612. *E. CURVIFLORA.* *Linm. W. Sp. 2. 402.* Hab. in Pr. b. sp. \bar{h} . T. Fol. 3—4" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 1' flava. Anth. subexsertae muticae.
3613. *E. TRIPHYLLA.* Fol. 4—5" l. terna glabra patentia. Fl. terminales 2—3, ped. breves, bracteae flori approximatae. Cal. foliaceus patens. Cor. 1" l. rubra apice flava viscosa. Anth. subinclusae muticae. Stylus exsertus. Hab. in Pr. b. sp. \bar{h} . T. *Hort. angl.*
3614. *E. CONCINNA.* *Ait. W. E. 423.* Folia 4" l. Fl. terminales. Cor. 8" l. inverse conica rubens. Anth. inclusae muticae breves.
3615. *E. PELLUCIDA.* *Andr. Ait. kew. 2. 375.* Hab. in Pr. b. sp. \bar{h} . T. Fol. 4—5" l. Fl. conniventes. Bracteae a flore remotae. Cor. 8—9" l. albae. Anth. inclusae muticae.
3616. *E. LINNAEANA.* *Ait. kew. 2. 373.* Hab. in Pr. b. sp. \bar{h} . T. Fol. 2"—3" l. Fl. capitati. Cor. 8—10" alba basi rubra. Anth. inclusae muticae.
3617. *E. ERUBESCENS.* *Andr. Ait. kew. 2. 376.* Hab. in Pr. b. sp. \bar{h} . T. Fl. capitati. Cor. 3—4" l. alba demum rubra. Anth. inclusae muticae.
3618. *E. COLORANS.* *Loddlg. Bot. Cab. Fol. 6na 4" l. ciliata.* Fol. terminalia unde habitus spicatus,

- ped. brevissimi. Cal laciniis lanceolatis nervo viridi. Cor. 8" l. clavata alba demum rubra. Anther. cum stylo subinclusae submuticae. Hab. in Pr. b. sp. h. T. *Hort. angl.*
3619. *E. VIRIDIS.* *Andr. Ait. kew. 2. 376.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 6" l. Bracteae flori proximae. Cor. 10" l. viridis. Antherae inclusae muticae.
3620. *E. LONGIFOLIA.* *Donn. W. E. 422.* *E. pinea Wendl. Er. t. 3.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 10" l. Bracteae foliaceae flori approximatae. Cor. 10" l. recta subventricosa rubra. Anth. inclusae muticae.
3621. *E. AUREA.* *Andr. Ait. kew. 2. 377.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 6" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 10" l. rubenti flava. Anth. inclusae muticae. Stylus exsertus.
3622. *E. IGNESENS.* *Wendl. Andr. Ait. kew. 2. 373.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 2—3" l. Bracteae a flore remotae. Cor. 1" l. crocea Anth. subexsertae muticae. Wendlandi planta magis hirta.
3623. *E. LANATA.* *Wendl. Er. f. 5. n. 2.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 1—2" l. imbricata. Bracteae a flore remotae. Cor. 6—8" l. crocea. Anth. inclusae muticae.
3624. *E. COCCINEA.* *Linn. W. Sp. 2. 400.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 4" l. Ped. 1" l. Bracteae 2 flori approximatae. Cor. 10" l. coccinea. Anth. subinclusae muticae. Stylus exsertus.
3625. *E. MASSONI.* *Thunb. W. Sp. 2. 406.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 2" l. hirsutissima. Bracteae 2 flori approximatae. Cor. 1" l. rubra apice virens. Anth. inclusae muticae breves.
3626. *E. BICOLOR.* *Andr. v. 2.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 5" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 10" l. rubra apice virens. Anth. inclusae muticae.
3627. *E. EXSURGENS.* *Andr. Ait. kew. 2. 379.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 6—8" l. Bracteae a flore remotae. Cor. 1" l. rubro flava. Anth. subexsertae muticae.
3628. *E. VESTITA.* *Thunb. W. Sp. 2. 398.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 10" l. Bracteae foliaceae a flore remotae. Cor. 11". Anth. subinclusae muticae. Tres varietates habemus secundum corollae colorem, purpuream, coccineam et fulgentem.

3729. *E. ROSEA.* *Andr. Ait. kew. 2. 380.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 5—6" l. Bracteae a flore remotae. Cor. 10" l. rubra. Anth. subinclusae muticae.
3630. *E. NIVENIA.* *Andr. Ait. kew. 2. 372.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 4—5" l. hirta subtus tomentosa. Fl. terminales, bracteae a flore remotae. Cor. 8" l. antice ventricosa (purpurea. Anth. exsertae cristatae.
3631. *E. ASPERA.* *Andr. v. 3.* Fol. terna 6" l. hirta. Fl. capitati. Bracteae flori approximatae. Cor. 8—10" l. lutea hirsutissima. Anth. inclusae muticae. Hab. in Pr. b. sp. h. T.
3632. *E. PROCERA.* *Wendl. W. Sp. 2. 403.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Folia pubescentia. Bracteae 2 flori approximatae. Cor. 1" l. aurantiaca. Anth. inclusae muticae. Stylus exsertus.
3633. *E. CYLINDRICA.* *Andr. v. 2.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 2—3" l. Bracteae a flore remotae. Cor. 6—8" l. flava. Anth. inclusae muticae.

B. Ventricosae.

3634. *E. MONSONIA.* *Thunb. W. Sp. 2. 358.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Folia 2—3" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 1" l. alba. Anth. inclusae aristatae.
3635. *E. HALICACABA.* *Linn. W. E. 416.* Folia 4—5" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 10" l. pallide lutea.
3636. *E. LANUGINOSA.* *Andr. Ait. kew. 2. 382.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 7—8" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 8" l. albida basi purpurascens. Antherae inclusae aristatae.
3637. *E. GLABRA.* Fol. 4na 6—7" l. patentia glabra. Fl. terminales, ped. breves, bracteae a flore remotae. Cal. foliaceus. Cor. 7—8" l. alba. Anth. subinclusae aristatae. Hab. in Pr. b. sp. h. T. *Hort. angl.*
3638. *E. CERINTHOIDES.* *Linn. W. Sp. 2. 405.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 5—6" l. Bracteae 2 flori approximatae. Cor. 10" l. rubra. Anth. inclusae muticae.
3639. *E. PRINCEPS.* *Andr. Ait. kew. 2. 382.* Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. hirta 2—5" l. Bracteae 2 calyci approximatae. Cor. 1" l. rubra. Anth. inclusae muticae.

C. *Limbatae.*

Corolla superne elongata angustata limbo plano.

3640. E. VENTRICOSA. *Thunb. W. Sp. 2. 406.*
 Hab. in Pr. b. sp. h. T. Folia 4" l. Bractee a
 flore remotae. Cor. 6—8" l. alba superne purpuras-
 cens. Anth. inclusae aristatae.
3641. E. PRAEGNANS. *Andr. V. 3.* Hab in Pr. b.
 sp. h. T. Fol. 4na 8" l. ciliata. Fl. capitati. Brac-
 teae a floribus remotae. Cor. 8" l. rubra. Anth. in-
 clusae biaristatae. Nostra var. coccinea.
3642. E. DROSEROIDES. *Andr. V. 1.* Fol. 4—5"
 l. hirta. Fl. umbellati, bractee a fl. remotae. Cor.
 6—7" l. purpurea. Anth. inclusae cristatae.
3643. E. TETRAGONA. *Thunb. W. Sp. 2. 385.* Hab.
 in Pr. b. sp. h. T. Fol. 5—6" l. Fl. terminales
 ramulis brevissimis. Cor. 4—5" l. flava. Antherae
 inclusae muticae.
3644. E. IRBYANA. *Andr. V. 3.* Hab. in Pr.
 b. sp. h. T. Fol. 6—7" l. Fl. umbellati, ped. 8" l.
 rubri. Bractee a flore remotae. Cor. 1' 2" l. alba
 apice virens. Anth. inclusae muticae.
3645. E. JASMINIFLORA. *Andr. Ait. Kew. 2. 382.*
 Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 4" l. patentia. Brac-
 teae a flore remotae. Cor. 8" l. alba purpurascens.
 Antherae inclusae muticae.
3647. E. AMPULLACEA. *Curt. W. Sp. 2. 406.* Hab.
 in Pr. b. sp. h. T. Fol. 4" l. Bractee a flore re-
 motae. Cor. 10" l. alba lineis purpureis. Anth. in-
 clusae muticae.
3648. E. SHANNONIANA. *Loddig. Bot. Cab. 168.*
 Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 4na. Fl. umbellati
 ped. longis. Cor. 1' l. purpurascens.
3649. E. RETORTA. *Thunb. W. Sp. 2. 382.* Hab.
 in Pr. b. sp. h. T. Fol. 2" l. reflexa. Flores termi-
 nales capitati. Cor. 10" l. purpurascens. Anth. sub-
 inclusae muticae.
3650. E. TENUIFLORA. *Andr. Ait. Kew. 2. 384.*
 Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 4" l. Bractee flori
 approximatae. Cor. 6—7" l. flava. Anth. inclusae
 muticae. Var. alba. *Ait. l. c. E. cylindrica Thunb.*
W. Sp. 402.
3651. E. CLIFFORDIA. *Loddig. Bot. Cab. 34.* Fol.
 quaterna 3—4" l. cum ramis glabra. Fl. terminales,
 ped. breves, bractea a flore subremota. Cor. tenuis

- 10" l. alba. Anth. inclusae muticae. Stylus inclusus.
Hab. in Pr. b. sp. ♀. T. *Hort. angl.*
3652. E. HYACINTHOIDES. *Andr. Ait. Kew. 2. 384.*
Hab. in Pr. b. sp. ♀. T. Fol. 4" l. Bracteae flori
approximatae. Cor. 8—10" l. rubra. Antherae in-
clusae muticae.
3653. E. FASTIGIATA. *Linn. W. Sp. 2. 407.* E. Wal-
keria *Andr. vol. 1.* Hab. in Pr. b. sp. ♀. T. Folia
3—4" l. Fl. capitati. Cor. 3—4" l. purpurascens.
Anth. subinclusae muticae.
3654. E. INFUNDIBILIFORMIS. Fol. 4na 3—4" l.
glabra erecta. Fl. terminales, ped. brevissimi, brac-
teae flori approximatae. Cal. foliaceus. Cor. 8—10" l. pur-
purascens superne purpurea. Anth. subinclusae muticae.
3655. E. AITONIA. *Andr. W. Sp. 2. 398.* Hab. in
Pr. b. sp. ♀. T. Fol. 3—4" l. Bracteae a flore re-
motae. Cor. 1" l. alba purpurascens. Anth. inclusae.
3656. E. LUTEA. *Linn. W. Sp. 2. 356. W. E. S. 2.*
Hab. in Pr. b. sp. ♀. T. Fol. 3—4" l. appressa.
Bracteae a flore remotae. Cor. 3" l. flava. Antherae
inclusae aristatae. Habemus et varietatem albam.
3657. E. COMOSA. *Linn. W. Sp. 2. 408.* Hab. in
Pr. b. sp. ♀. T. Fol. 1" l. Bracteae flori approxi-
matae. Cor. 3" l. alba rubrave. Anth. inclusae mu-
ticae.
3658. E. MUSCARIA. *Andr. W. Sp. 2. 409.* Folia
4—5" l. Fl. capitati. Cor. 4" l. alba limbo revo-
luto. Anth. inclusae muticae. Hab. in Pr. b. sp.
♀. T.
3659. E. MUNDULA. *Loddig. Bot. Cab. 114.* Folia
4na patentia. Fl. capitati quaterni. Cor. purpuras-
cens 3" l. Hab. in Pr. b. sp. ♀. T.
3660. E. DAPHNOIDES. *Loddig. Bot. Cab. 154.* Fol.
4na. Fl. capitati 4ni. Cor. 4" l. purpurascens limbo
magno. Hab. in Pr. b. sp. ♀. T.
3661. E. PARMENTIERA. *Loddig. Bot. Cab. 197.*
Hab. in Pr. b. sp. ♀. T. Fol. 4na. Fl. capitati 4ni.
Cor. 6" l. amoene rubra.
E. Thunbergia v. i.
3662. E. BONPLANDIA. *Loddig. B. Cab. 345.* Hab.
in Pr. b. sp. ♀. T. Fol. 4na. Fl. terminales solita-
rii. Cor. 4—5" alba superne parum contracta, limbo
parvo.
3663. E. HUMEANA. *Loddig. Bot. Cab. 389.* Hab.
in Pr. b. sp. ♀. T. Fol. terna. Fl. capitati terni. Cor.
tubo 1—2" l. limbo longitudine tubi, purpurea.

3664. *E. DENTICULATA*. *Linn. W. Sp.* 2. 408. Hab. in Pr. b. sp. $\frac{5}{8}$. T. Fol. 3" l. Fl. capitati. Bractea a flore remotae. Cal. cum bracteis denticulatus. Cor. 5" l. purpurascens. Anth. inclusae muticae.
D. Calycinae.
3665. *E. CORIFOLIA*. *Linn. W. Sp.* 2. 374. *E. calycina W. E.* 419. Fol. 2—3" l. Bractea a flore remotae. Cor. 5—6" l. purpurascens. Anth. inclusae cristatae.
- 3665 a. *E. ANDROMEDAEFLORA*. *Andr. Ait. Kew.* 2. 386. Hab. in Pr. b. sp. $\frac{5}{8}$. T. Fol. 8—10" l. Bract. a flore remotae. Cor. 5—6" l. purpurascens. Anth. incl. cristatae.
3666. *E. ELEGANS*. *Andr. Ait. Kew.* 2. 386. Hab. in Pr. b. sp. $\frac{5}{8}$. T. Fol. 7—8" l. Bractea flori approximatae. Cal. purpurascens, cor. virens 6" l. Antherae inclusae cristatae.
3667. *E. TRIFLORA*. *Linn. W. E.* 419. Fol. 5—6" l. Bractea flori approximatae. Cor. 2—3" l. alba s. purpurascens. Anth. inclusae cristatae.
3668. *E. FLAGELLARIS*. Rami superne pubescentes. Fol. terna 1—2" l. adpressa glabra subtilissime ciliata. Fol. terminales terni, ped. vix 2" l. bracteis tecti. Cal. laciniis lanceolatis carinatis purpureis. Cor. sordide flava globosa 1" l. Anth. inclusae subcristatae. Stylus inclusus. Hab. in Pr. b. sp. $\frac{5}{8}$. T.
3669. *E. TURGIDA*. Fol. terna 4—5" l. mucronata margine albo cum ramis glabra. Fl. terminales ped. 2" l. bractea a flore remotae. Calyx laciniis lanceolatis acutis purpurascens. Cor. 2—3" l. a calyce inclusa purpurascens. Anth. inclusae cristatae. Stylus inclusus. Hab. in Pr. b. sp. $\frac{5}{8}$. T.
3670. *E. LACHNEAEFOLIA*. *Andr. Ait. kew.* 2. 387. Hab. in Pr. b. sp. $\frac{5}{8}$. T. Fol. vix 2" l. Fl. capitati. Cor. alba 2" l. Anth. inclusae cristatae.
3671. *E. NIGRITA*. *Linn. W. Sp.* 2. 360. Hab. in Pr. b. sp. $\frac{5}{8}$. T. Fol. 3—4" l. Bractea flori approximatae. Cor. 1—2" l. alba. Anth. subinclusae aristatae nigerrimae.
3672. *E. BACCANS*. *Linn. W. E.* 420. Fol. 3" l. adpressa. Bractea a flore remotae. Cor. 2—3" l. purpurea. Anth. inclusae aristatae pectinatae.
3673. *E. FUGAX*. *Salisb. W. E.* 318. *E. triflora aristata Wendl. obs.* 47. Fol. 3—4" l. Bractea flori approximatae. Cor. 2" l. purpurea. Anth. incl. aristatae
3674. *E. TRIUMPHANS*. *Loddig. Bot. Cab.* 257

- Fol. 6—8" l. Bracteae a flore remotae. Cor. cum calyce alba 4—5" l. Hab. in Pr. b. sp. h. T.
3675. *E. PHYLIROIDES*. *W. Sp.* 2. 361. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. terna imbricata. Bracteae a flore remotae. Cor. purpurea 1—2". Anth. inclusae aristatae.
3676. *E. INCURVA*. *Wendl. W. E. Sp.* 2. 407. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 3" l. pilosa. Fl. capitati. Cal. foliaceus. Cor. 2" l. alba. Anth. exsertae muticae.
3677. *E. TENUIFOLIA*. *Linn. W. Sp.* 2. 384. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Non floruit.
3678. *E. THUNBERGIA*. *Thunb. W. Sp.* 2. 385. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Cal. basin corollae tegens, limbo exserto, colore croceo.
3679. *E. TAXIFOLIA*. *Ait. W. Sp.* 2. 389. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 6" l. fere 1" lata. Bracteae a flore remotae. Cor. 3—4" l. cum calyce purpurea. Anth. inclusae muticae.
3680. *E. PETIOLATA*. *Thunb. W. Sp.* 2. 386. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 6" l. Bracteae flori approximatae. Cor. 2" l. purpurascens. Anth. exsertae muticae.
3681. *E. IMBRICATA*. *Linn. W. Sp.* 2. 387. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 3—4". Bracteae flori approximatae. Cor. 2" l. cum calyce purpurascens. Anth. exsertae muticae.
3682. *E. VELLERIFLORA*. *Salisb. Ait. Kew.* 2. 365. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. vix 2" l. Cor. 2" l. alba calyce villosissimo tecta. Anth. exsertae muticae.
3683. *E. BRUNIADES*. *Linn. W. Sp.* 2. 391. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. vix 2" l. Cor. 2" l. alba fere calyce villosissimo tecta. Anth. exsertae muticae.
3684. *E. CAPITATA*. *Linn. W. Sp.* 2. 390. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 4" l. hirta. Cor. flava 2". Anth. subexsertae muticae.
3685. *E. PATENS*. *Andr. V.* 2. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 2—3" l. latiuscula. Fl. terminales. Bracteae flori approximatae. Cor. vix 2" l. cum calyce purpurea. Anth. inclusae muticae.
3686. *E. FIMBRIATA*. *Andr. V.* 3. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 3" l. Fl. capitati. Cor. 1" l. cum calyce ciliato purpurea. Anth. inclusae muticae.
3687. *E. MELANTHERA*. *Thunb. W. Sp.* 2. 388. Hab. in Pr. b. sp. h. T. Fol. 2" l. Ped. 2" l. Bra-

